niſterio eccleſie. que eſt ī cenchris. vt eam ſuſcipiatis ī do
mino digne ſanctis. ⁊ aſſiſtatis ei in quocūqꝫ negocio veſtri indi
guerit. Etenim ipſa quoqꝫ aſtitit multis. ⁊ mihipi. Salutate
priſcam ⁊ aquilam adiutores meos in xp̄o ieſu. qui pro aīa mea
ſuas ceruices ſuppoſuerūt. quib⁹ non ſolum ego grās ago. ſed ⁊
cuncte eccleſie gētium ⁊ domeſtica eccīa eoꝝ. Salutate ephene-
tū dilectū mihi. q̇ eſt ꝑmitiu⁹ eccīe aſie in xp̄o ih̄u. Salutate ma
riam que multum laborabat ī vobis. Salutate andronicum et
iuliam cognatos ⁊ cōcaptiuos meos. qui ſunt nobiles ī apoſtol'
qui ⁊ ante me fuerūt in xp̄o ih̄u. Salutate ampliatum dilectiſſi
mū mihi in dn̄o. Salutate vrbanum adiutorē noſtrum in xp̄o
ih̄u ⁊ ſtachium dilectū meum. Salutate appellen ꝓbum ī xp̄o
Salutate eos qui ſunt ex ariſtoboli domo. Salutate herodionē
cognatum meum. Salutate eos q̇ ſunt ex narciſſi domo. q̇ ſunt
in domino. Salutate triphenam ⁊ triphoſam. que laborāt ī do
mīo Salutate parſidam cariſſimā. que multum laborauit in do
mino. Salutate ruffum electum ī domino. ⁊ matrem ei⁹ et me
am. Salutate aſineretum phlegontam hermen patrobam her-
man. ⁊ qui cum eis ſunt frēs. Salutate philologum ⁊ iuliā ne
reum ⁊ ſororem ei⁹ ⁊ olympiadem. omnes qui cum eis ſanctos.
Salutate inuicē oculo ſancto. Salutāt vos oēs ecclīe xp̄i Ro
go autem vos frēs. vt obſeruetis eos. qui diſſenſiōes ⁊ offendi-
cula ꝑter doctrinam quam vos didiciſtis faciūt ⁊ declinate ab il
lis. Huiuſcemodi em̄ chriſto dn̄o noſtro nō ſeruiūt. ſed ſuo vē-
tri. ⁊ ꝑ dulces ſmones ⁊ benedictiōes ſeducūt corda innocenti
um. Ueſtra em̄ obedietia in omni loco diuulgata ē. Gaudeo igi
tur ī vobis. ſed volo vos ſapiētes eſſe ī bono ⁊ ſimplices ī malo.
De⁹ autem pacis cōterat ſathanam ſub pedib⁹ veſtris velociter
Gratia dn̄i noſtri ieſu xp̄i vobiſcum. Salutat vos thimotheus
adiutor me⁹. ⁊ lucius ⁊ iaſon ⁊ ſoſipater cognati mei. Saluto
vos ego tercius q̇ ſcripſi epiſtolam ī domino. Salutat vos ga
ius hoſpes me⁹. ⁊ vniuerſe eccleſie. Salutat vos eraſtus archa
rius ciuitatis. ⁊ quart⁹ frater. Gratia domini noſtri ih̄u chriſti
cum omnib⁹ vobis. amē Ei autem qui potens eſt vos ꝯfirmare
iuxta euāgelium meum ⁊ predicationē ieſu xp̄i. ſcd̄m reuelatio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

nem myſteriȷ̄ tempoꝛibꝰ eternis taciti. quod nūc patefactum eſt per ſcripturas ꝓphetarum ſm̄ p̄ceptum eterni dei ad obeditionē fidei cunctis gentibꝰ cogniti ſoli ſapiēti deo ꝑ ieſum xp̄m. cui honoꝛ ⁊ gloꝛia in ſecula ſeculoꝝ amen

Explicit ep̄la pauli ad romanos. Incipit prologꝰ in p̄mā ep̄lam ad coꝛinthios.

Epiſtola pꝛima ad coꝛinthios mltas cauſas diuerſaſqꝫ complectit̃. Quarum partē relatiōe fratrum cognouit apoſtolꝰ. Partim ipſoꝝ coꝛinthioꝝ ſunt litteris indicate. Nōnullas vero pꝛo officiȷ̄ ſui cura. aut oꝛdinat aut emēdat. ex variȷ̄s curationibꝰ medetur diuerſa infirmitate languentibꝰ. Nam apud eos pꝛimū curatur offenſionis vicium. quod multi pſeudo apoſtoloꝝ vnitatem intulerūt ſcindentes eccl̄ie vt ꝓpriȷ̄ nominis facerēt ſectatoꝛes quod his expꝛobꝛauit verbis apoſtolꝰ. Hoc autem dico quod vnuſq̄ſqꝫ veſtruꝫ dicit. Ego quidem ſum pauli. ego autem apollo. ego vero cephe ego autem xp̄i. Et ob h̄ q̄dē hoꝝ ſe dicit facere nominū mentionem. vt multomagis erubeſcāt id ſe facere ſub falſoꝝ apoſtoloꝝ nominibꝰ quod etiam ſi ſub petri ⁊ pauli fiēt nomīe diſpliceret. Secūda cauſa eiꝰ inducitur. qui paterne oblitꝰ reuerētie vxoreꝫ ſibi nō erubuit facere de nouerca. Quod facinꝰ licet foꝛnicationem appellauerit apoſtolꝰ tamen ita cōdem nauit. vt in vltionē facti auctoꝛem talis operis diabolo iudicauerit deputādum impoſita iudicioꝛum ⁊ litium tercia queſtione Quarto loco matrimonioꝛum iura tractātur his. Quinto loco virgitatis conſiliū velut e vicino cōiungitur. Sexto loco de eſcarum licētia diſputatur. Septimo atqꝫ octauo loco de attondēdo viris ⁊ mulieribus velādo capite ac ſacramētoꝛum cōmunione pꝛecipit̃. Nono loco emulatio que diuerſitate donoꝛum ſpiritalium naſcebatur ſub exemplo membꝛoꝛum ⁊ coꝛpoꝛis caſtigatur. Decimo reſurrectiōis ſpes multis ⁊ argumētis ⁊ rationibus appꝛobatur. Ultimo de colligēdis ad neceſſitatem ſanctoꝛum nominis charitatis cura vel edificatio cultui imponitur. Interſeruntur his pauce que aut vt quibuſdam videtur pendēt ex ſuperioꝛibꝰ. aut habent licet pꝛopꝛias tamen paruulas actiones.

Explicit pꝛologus.

¶ Incipit argumentum.

CОrinthij ſunt achaici. ⁊ hi ſimilit̃ ab apoſtolo audierũt verbum veritatis ⁊ ſubuerſi ſunt multifarie a falſis apoſtolis. Quidam a philoſophie ꝟboſa eloquẽtia. alij ſecta legis iudaice inducti ſunt. Hos reuocat apoſtolꝰ ad veram fidẽ et euãgelicam ſapientiam. ſcribens eis ab epheſo per thimotheũ diſcipulum ſuum.

¶ Explicit argumẽtum Incipit epiſtola ad Corinthios prima. Capitulũ primũ

PAulus vocatꝰ apoſtolꝰ ieſu xp̄i ꝑ volũtatem dei et ſoſthenes frater eccl̃ie dei que eſt corinthi ſanctificatis in xp̄o ieſu vocatis ſanctis cum omnibus qui inuocãt nomẽ dñ̄i noſtri ieſu xp̄i in oĩ loco ipoꝝ ⁊ noſtro. Gratia vobis ⁊ pax a deo patre noſtro ⁊ dño ieſu xp̄o. Grãs ago deo meo ſꝑ pro vobis in gr̃a dei que data eſt vobis in xp̄o ih̄u. quia in oĩbus diuites facti eſtis in illo in omni ꝟbo ⁊ in omni ſciẽtia. ſicut teſtimonium xp̄i ꝯfirmatum eſt in vobis. ita vt nihil vobis deſit in vlla gr̃a. expectãtibus reuelationem dñ̄i noſtri ih̄u xp̄i qui ⁊ confirmabit vos vſq; in finem ſine crimĩe in die aduentꝰ dñ̄i noſtri ih̄u xp̄i. Fidelis deꝰ per quem vocati eſtis in ſocietatem filij eius ih̄u xp̄i dñi noſtri Obſecro autem vos frẽs per nomẽ dñi noſtri ih̄u xp̄i vt idip̄m dicatis omnes. ⁊ nõ ſint in vobis ſciſmata Sitis ergo perfecti in eodem ſenſu. ⁊ in eadem ſcĩa. Significatũ eſt enĩ mihi de vobis frẽs mei ab his qui ſunt cloes. quia cõtentiones ſunt inter vos. Hoc autem dico quod vnuſquiſq; veſtꝝ dicit. Ego quidem ſum pauli. ego autem appollo. ego ꝟo cephe ego autem xp̄i. Diuiſus eſt xp̄s? Nunq̊d paulꝰ crucifixꝰ eſt ꝑ vobis. aut in nomĩe pauli baptizati eſtis? Grãs ago deo meo ꝙ neminem veſtrum baptizaui. niſi criſpum ⁊ gaium. ne quis dicat ꝙ in nomĩe meo baptizati eſtis. Baptizaui autem ⁊ ſtephane domũ. ceterum neſcio ſi quem alium veſtrum baptizauerim Non enĩ miſit me xp̄s baptizare ſ; euãgelizare. nõ in ſapĩa ꝟbi vt non euacuet̃ crux xp̄i Uerbum enĩ crucis pereũtibꝰ quidem ſtulticia eſt. his autem q̊ ſalui fiũt. id eſt nobis dei ꝟtus eſt. Scriptũ eſt enĩ. Perdam ſapĩam ſapiẽtium. ⁊ prudẽtiam prudẽtium reprobabo. Ubi ſapiẽs. vbi ſcriba. vbi inq̇ſitor. huiꝰ ſeculi? Nõne ſtul

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

tam fecit deus ſapiētiam huiꝰ mūdi. Nā qꝛ in̄ dei ſapiētia non
ꝯgnouit mūdus ꝑ ſapiam deū. placuit deo ꝑ ſtulticiā p̄dicatio-
nis ſaluos facere credētes. Qm̄ ⁊ iudei ſigna petūt. ⁊ greci ſapi
entiā querūt. Nos aūt p̄dicamꝰ xp̄m crucifixū. iudeis q̇dē ſcan
dalū. gētibꝰ aūt ſtulticiā. ip̄is aūt vocatꝭ iudeis atq̄ʒ grecꝭ xp̄m
dei virtutē ⁊ dei ſapiam. Quia qd̓ ſtultū eſt dei. ſapia eſt hoibꝰ
⁊ qd̓ infirmū eſt dei. fortiꝰ eſt hoibꝰ. Uidete em̄ vocatōeʒ vr̄ām
frēs. qꝛ nō multi ſapiētes ſm̄ carnē. nō multi potētes. nō ml'ti
nobiles. ſed q̄ ſtulta ſūt mūdi elegit d̓s. vt ꝯfundat ſapiētes ⁊ in
firma mūdi elegit d̓s vt ꝯfundat fortia. ⁊ ignobilia mūdi ⁊ con
temptibilia elegit d̓s ⁊ ea q̄ nō ſūt. vt ea que ſūt deſtrueret. vt nō
glorieť om̄is caro in ꝯſpectu eius. Ex ip̄o aūt vos eſtis i xp̄o ieſu
q̄ factꝰ eſt nob̄ ſapia ⁊ iuſticia ⁊ ſctificatio ⁊ redemptio. vt quē-
admodū ſcp̄tū eſt. q̇ gliať. i dn̄o glieť. ij

Et ego cū veniſſem ad vos frēs veni. nō i ſublimitate ſmo
nis aut ſapie. annūcians vob̄ teſtimoniū xp̄i. Nō em̄ iudi
caui me ſcire aliq̇d inť vos niſi ieſum xp̄m ⁊ hūc crucifixū. ⁊ ego
in infirmitate ⁊ timore ⁊ tremore multo fui apud vos. ⁊ ſermo
meꝰ ⁊ p̄dicatio mea. nō in ꝑſuaſibilibꝰ hūane ſapie vbis. ſʒ i oſtē
ſiōe ſpūs ⁊ vtutꝭ. ⁊ fides vr̄a nō ſit in ſapia hoim. ſʒ in vtute dei
Sapiam aūt loq̇mur inť ꝑfectos. Sapiam vo nō huiꝰ ſeculi:
neq̄ʒ p̄ncipū huiꝰ ſeculi q̇ deſtruūtur. ſed loq̇mur dei ſapiam i mi
miſterio que abſcondita eſt. quā p̄deſtinauit deus ante ſecula i glo
riā nr̄ām quā nemo p̄ncipū huiꝰ ſeculi cognouit. Si em̄ cogno
uiſſent: nunq̄ʒ dominū glie crucifixiſſent. Sicut ſcp̄tum eſt. qd̓
oculus non vidit. nec auris audiuit. nec in cor hois aſcēdit. que
p̄pauit d̓s his q̇ diligunt illum. Nobis autē reuelauit d̓s ꝑ ſpi
ritū ſuum. Spiritus em̄ omnia ſcrutatur etiam pfunda dei.
Quis em̄ ſcit hominū q̄ ſunt hois. niſi ſpūs homis q̇ in ip̄e eſt
Ita ⁊ que dei ſunt nemo cognouit niſi ſpūs dei. Nos autem nō
ſpm̄ huiꝰ mundi accepimus. ſʒ ſpm̄ q̇ ex deo eſt. vt ſciamus que
a deo donata ſūt nobis. que ⁊ loq̇mur non in doctis humane ſapi
entie vbis. ſʒ in doctrina ſpūs. ſpiritualibus ſpiritualia compa-
rantes. Animalis autem homo non ꝑcipit ea que ſunt ſpūs dei
Stulticia em̄ eſt illi ⁊ non poteſt intelligere. quia ſpiritualiter
examinatur. Spiritualis autem iudicat om̄ia. ⁊ ip̄e a nemie iu
dicatur. ſicut ſcriptum eſt. Quis cognouit ſenſum domini: aut
q̇s inſtruxit eū: Nos āt ſenſum xp̄i habemus. iij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

ET ego fratres non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus
ſʒ quaſi carnalibus. Tanquã paruulis in xp̄o lac vob̄ po-
tum dedi non eſcam. Nondum em̄ poteratis intelligere. ſʒ nec
nūc quidem poteſtis. Adhuc em̄ carnales eſtis. Cum em̄ ſit in-
ter vos zelus ⁊ ↄtentio. nonne carnales eſtis. ⁊ ſm̄ hoīem ambu
latis? Cum em̄ quis dicat. ego quidem ſum pauli. aliꝰ aūt. ego
apollo: nonne hoīes eſtis? Quid igit̄ eſt apollo? Quid ꝟo paulꝰ
Miniſtri eiꝰ cui crediſtis. Et vnicuiqʒ ſicut dn̄s dedit. Ego
plantaui. apollo rigauit. ſed deꝰ incremētū dedit. Itaqʒ neqʒ qui
plantat eſt aliquid neqʒ q̊ rigat. ſʒ q̊ incrementū dat deus. Qui
plantat aūt ⁊ q̊ rigat vnum ſunt. Unuſquiſqʒ aūt propriã mer-
cedē accipiet ſm̄ ſuū laborē Dei em̄ ſumꝰ adiutores. Dei agricul
tura eſtis. Dei edificatio eſtis. Scd̄m grām dei q̄ data eſt mihi.
vt ſapiens architectꝰ fundamentū poſuī. aliꝰ autē ſupedificat.
Unuſqſqʒ aūt videat quō ſupedificet. Fundamentū em aliud ne
mo pt̄ ponē p̄ter id qd̄ poſitū ē. qd̄ eſt xp̄s ieſus Si q̊s aūt ſuper
edificat ſupra fundamētū hoc auꝝ argentū lapides p̄cioſos ligna
fenū ſtipulã. vniuſcuiuſqʒ opꝰ manifeſtū erit. Dies em̄ domini
declarabit quia in igne reuelabitur. ⁊ vniuſcuiuſqʒ opꝰ quale ſit.
ignis probabit. Si cuiꝰ opus manſerit qd̄ ſupedificauit. merce
dem accipiet. Si cuiꝰ opus arſerit detrimentū patietur. ip̄e autē
ſaluus erit. ſic tamen quaſi per ignem. Neſcitis quia templum
dei eſtis. ⁊ ſp̄us dei habitat in vobis? Si quis autē templum dei
violauerit diſpdet illū deus. Templū em̄ dei ſanctū eſt. qd̄ eſtis
vos. Nemo ſe ſeducat. Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe
in hoc ſeculo. ſtultus fiat vt ſit ſapiens. Sapientia em̄ huiꝰ mū
di ſtulticia eſt apud deum. Scriptū eſt em̄ Comp̄hendã ſapien-
tes in aſtucia eorum. Et iterum. Deus nouit cogitatōes ſapien
tiū. qm̄ vane ſunt. Nemo itaqʒ glorietur in homibꝰ. Om̄ia ei
veſtra ſunt. ſiue paulus ſiue apollo ſiue cephas ſiue mūdꝰ ſiue vi
ta ſiue mors ſiue p̄ntia ſiue futura. Om̄ia em̄ vr̄a ſunt. vos aūt
xp̄i. xp̄us aūt dei. iiij

SIc nos exiſtimet homo vt miniſtros xp̄i. ⁊ diſpenſatores
miniſteriorū dei. Hic iã q̄ritur int̄ diſpenſatores. vt fidel
quis inueniatur. Mihi aūt pro minimo eſt. vt a vobis iudicer.
aut ab hūano die. Sʒ neqʒ meip̄m iudico. Nihil em̄ mihi con-
ſcius ſum. ſʒ nō in hoc iuſtificatus ſum. Qui aūt iudicat me do-
minus eſt. Itaqʒ nolite ante tempus iudicare. quoadusqʒ veni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

at dominus qui ⁊ illuminabit abſcondita tenebrarũꝫ. ⁊ maniſe-
ſtabit conſilia cordiũ. ⁊ tunc laus erit vnicuiqꝫ a deo. Hec autē
fratres transfiguraui in me ⁊ apollo propter vos. vt in vobis di
ſcatis ne ſupra q̃ꝫ ſcriptum eſt vnus aduerſus alterum infletur
pro alio. Quis em̄ te diſcernit? Quid autē habes quod non ac-
cepiſti? Si autē accepiſti. quid gloriaris quaſi non acceperis. Iā
ſaturati eſtis. iam diuites facti eſtis Sine nobis regnatiſ Et vti
nam regnetis. vt ⁊ nos vobiſcuꝫ regnemus. Puto em̄ deus nos
apoſtolos nouiſſimos oſtendit tanq̃ꝫ morti diſſeminatos. q̄ꝛ ſpe
ctaculũ facti ſum⁹ mũdo ⁊ angelis ⁊ hominibus Nos ſtulti pro
pter xp̄m. vos aũt prudentes in xp̄o. Nos infirmi. vos aũt for-
tes. Vos nobiles. nos aũt ignobiles. Vſqꝫ in hanc horaꝫ. ⁊ eſu
rimus ⁊ ſitimus ⁊ nudi ſumus ⁊ colaphis cedimur ⁊ inſtabiles
ſumus ⁊ laboramus operantes manibus noſtris. Maledicimur
⁊ benedicimus. Perſecutionē patimur. ⁊ ſuſtinemus. Blaſphe
mamur. ⁊ obſecramus. Tanq̃ꝫ purgamenta huius mundi facti
ſumus omniũ peripſima vſqꝫ adhuc. Non vt confundam vos
hec ſcribo. ſed vt filios meos cariſſimos moneo. Nam ſi decem
milia pedagogorum habeatis in chriſto. ſed non multos patres
Nam in xp̄o Jeſu per euangelium ego vos genui. Rogo ergo
vos imitatores mei eſtote ſicut ⁊ ego xp̄i. Ideo miſi ad vos Ty-
motheum qui eſt filius meus cariſſimus. ⁊ fidelis domino. qui
vos commone faciat vias meas. que ſunt in xp̄o ieſu. ſicut vbiqꝫ
in omni eccleſia doceo. Tanq̃ꝫ non venturus ſim ad vos. ſic in-
flati ſunt quidam. Veniam autem ad vos cito ſi dominus vo-
luerit ⁊ cognoſcam non ſermonem eoruꝫ qui inflati ſunt ſed vir
tutem. Non enim in ſermone eſt regnum dei. ſed in virtute.
Quid vultis in virga veniā ad vos. an in caritate ⁊ ſpiritu mā-
ſuetudinis.

v

OMnino auditur inter vos fornicatio. ⁊ talis fornicatio
qualis nec inter gentes ita vt vxorem patris ſui aliquis ha
beat. Et vos inflati eſtis ⁊ non magis luctum habuiſtis. vt tol-
latur de medio veſtrum. qui hoc opus fecit Ego quidem abſens
corpore. preſens autem ſpiritu. Jam iudicaui vt preſens eum q̃
ſic operatus eſt in nomine domini noſtri Jeſu xp̄i. congregatis
vobis et meo ſpiritu cum virtute domini Jheſu. tradere hu-
iuſmod hominem Sathane in interitum carnis. vt ſpiritus
ſaluus ſit in die domini noſtri Jheſu Chriſti. Non eſt bo-

na gloriatio veſtra. Neſcitis quia modicum fermentum totam
maſſam corrumpit. Expurgate vetus fermentuꝫ vt ſitis noua
conſperſio ſicut eſtis azimi. Etenī paſcha noſtrū immolatus eſt
xp̄us. Itaqꝫ epulemur non in fermento veteri neqꝫ in fermento
malicie ⁊ nequicie: ſꝫ in azimis ſinceritatis et ꝓ̄itatis. Scripſi
enī vobis in epiſtola ne ꝯmiſceamini fornicarijs. Non vtiqꝫ for
nicarijs huius mundi aut auaris aut rapacibꝰ aut idolis ſuienti
bus: alioq̄n debueratis de hoc mundo exijſſē. Nunc autē ſcripſi
vobis non cōmiſceri. Si is qui frater nominatur inter vos eſt
fornicator. aut auarꝰ aut idolis ſuiens aut maledicus. aut ebrio
ſus aut rapax: cū hmōi nec cibū ſumere. Quid enī mihi de his q̄
foris ſtꝫ iudicare? Nonne de his q̄ intus ſunt vos iudicatis Na
eos q̄ foris ſtꝫ ꝺs̄ iudicabit. Auferte malū ex vobiſipis vi.
Audet aliq̄s vrm̄ habens negociū aduerſus alterū. iudicari
apud iniquos: ⁊ nō apud ſanctos? An neſcitis qm̄ ſancti
de hoc mundo iudicabunt? Et ſi in vobis iudicabitur mundus:
indigni eſtis q̄ de minimis iudicetis. Neſcitis qm̄ angelos iudi
cabimus? quāto magis ſecularia. Secularia igitur iudicia ſi ha
bueritis ꝯtemptibiles qui ſtꝫ in eccleſia illos ꝯſtituite ad iudicā
dum. Ad verecundiam enim veſtram dico. Sic nō eſt int̄ vos
ſapiēs q̄ſqꝫ q̄ poſſit iudicare int̄ frēm ſuum: ſꝫ frater cum fratre
iudicio ꝯtendit. ⁊ hoc apud infideles Iam q̄dem omīno delictuꝫ
eſt in vobis: quia iudicia ſtꝫ int̄ vos. Quare non magis iniuriā
accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed vos iniu
riam facitis ⁊ fraudatis: ⁊ hoc fratribꝰ An neſcitis. quia iniqui
regnum dei non poſſidebunt. Nolite errare: neqꝫ fornicarij. ne
que idolis ſeruientes. neque adulteri. neque molles. neque ma
ſculorum concubitores neqꝫ fures neqꝫ auari neqꝫ ebrioſi neqꝫ
maledici neqꝫ rapaces regnū dei poſſidebunt. Et hec aliquā do
quidē fuiſtis: ſed abluti eſtis. ſed ſanctificati eſtis. ſed iuſtificati
eſtis in nomine domini noſtri ieſu xp̄i: ⁊ in ſpiritu dei noſtri. Om
nia mihi licent: ſed non omnia mihi expediunt. Omnia mihi li
cent. ſed ego ſub nullius redigar poteſtatate. Eſca ventri ⁊ ven
ter eſcis. deus autem ⁊ hunc ⁊ hanc deſtruet. Corpus autem nō
fornicationi ſed domino. ⁊ dominus corpori. Deus vero ⁊ domi
nū ſuſcitauit. ⁊ nos ſuſcitabit per ꝓ̄tutem ſuam. Neſcitis quo
niam corpa veſtra mēbra ſunt xp̄i. Tollens ergo mēb a xp̄i. fa
ciam membra meretricis. Abſit. An neſcitis qm̄ qui adheret

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

meretrici vnuꝫ corpus efficit᷑: Erunt em̄ inq̇t duo in carne vna
Qui aūt adheret dn̄o. vnꝰ ſpūs eſt. Fugite fornicatōem Omne
em̄ peccatū qđcūqꝫ fecerit hō. extra corpꝰ ē. q̇ aūt fornicat᷑. i cor-
pus ſuū peccat. An neſcitis qm̄ mēbra vr̄a templū ē ſpūs ſcti q̇
in vob̄ ē quē habetis a deo ⁊ nō eſtis vr̄i. Empti em̄ eſtis precio
magno. gl̄ificate ⁊ portate deū in corꝑe vr̄o vij.

DE quibus autem ſcpſiſtis mihi. bonū eſt homī mulierē nō
tangē. Propt̄ fornicationē aūt vnuſq̇ſqꝫ ſuā vxorē habe-
at. ⁊ vnaqueqꝫ ſuū virū hēat. Uxori vir debitū reddat. ſil̄r autē
⁊ vxor viro. Mulier ſui corpis ptātem non hꝫ. ſꝫ vir. ſil̄r autez
⁊ vir ſui corpis ptātē nō hꝫ. ſꝫ mulier. Nolite fraudare inuicez
niſi forte ex ꝯſenſu ad tp̄s. vt vacetis oratōi. ⁊ iterꝝ reuertimī i id
ip̄m. ne tēptat vos ſathanas propt̄ incōtinētiam veſtrā Hoc āt
dico ſm̄ indulgētiam. nō ſm̄ impiū. Uolo aūt oēs hoīes eſſe li-
cut meip̄m. Sꝫ vnuſquiſqꝫ propriū donū hꝫ ex deo. aliꝰ q̇dē ſic.
aliꝰ vero ſic. Dico aūt nō nuptis ⁊ viduis. bonū eſt illis ſi ſic per
māſerint: ſicut ⁊ ego. ꝙ ſi nō ſe ꝯtinēt: nubant. Meliꝰ eſt ei nu
bere q̄ꝫ vri. His āt qui matrimonio iūcti ſunt precipio. non ego
ſꝫ dn̄s. vxorē a viro nō diſcedere. ꝙ ſi diſceſſerit. manere innup-
tam aut viro ſuo recōciliari. Et vir vxorē nō dimittat. Nā ce-
teris dico ego nō dn̄s. Si q̇s frater vxorē hꝫ infidelē. ⁊ hec con
ſentit habitare cū illo. nō dimittat illā. Et ſi q̄ mulier hꝫ virum
infidelē. ⁊ hic ꝯſentit habitare cum illa ⁊ nō dimittat virū Sā-
ctificatus ē em̄ vir infidelis ꝑ mulierē fidelē. ⁊ ſanctificata ē mu
lier infidelis ꝑ virū fidelē. Alioq̇n filij veſtri immūdi eſſent. nūc
aūt ſancti ſunt. ꝙ ſi infidelis diſcedit. diſcedat. Non em̄ ſeruituti
ſubiectꝰ eſt frater aut ſoror in eiuſmodi. In pace vocauit vos deꝰ
Unde em̄ ſcis mulier ſi virū ſaluū facies: aut vnde ſcis vir ſi mu
lierē ſaluā facies: Niſi vnicuiqꝫ ſicut diuiſit dn̄s. Unūquēqꝫ
ſicut vocauit ds̄ ita ambulet. ⁊ ſicut in omnibus eccleſijs doceo
Circūciſus aliquis vocatus eſt nō adducat preputiū. In prepu
tio aliq̇s vocatus eſt nō circūcidat᷑. Circūciſio nihil eſt. ⁊ prepu-
tiū nihil eſt. ſed obſeruatio mādatorꝝ dei. Unuſquiſqꝫ in qua vo
catione vocatus eſt in ea permaneat. Seruus vocatus es nō ſit
tibi cure. Sed ⁊ ſi potes fieri liber magis vtere. Qui enim do-
mino vocatus eſt ſeruus libertus eſt domini. Similiter qui li-
ber vocatus eſt. ſeruus eſt xp̄i. Precio empti eſtis. nolite fieri
ſerui hominū. Unuſquiſqꝫ ergo in quo vocatus eſt frater. i hoc

permaneat apud deum. De virginibus autem preceptum domi
ni non habeo. coſiliū autem do tanq̄ꝫ miſericordiam conſecutus
a deo vt ſim fidelis. Exiſtimo eni̅ hoc bonum eſſe propter inſtan-
tem neceſſitatem. quoniā bonū eſt homini hic eſſe. Alligatus es
vxori. noli querere ſolutionē. Solutus es ab vxore: noli querē
vxorem. Si autē accepis vxorem. nō peccaſti. ⁊ ſi nupſerit ꝟgo
nō peccauit. Tribulationē tamen carnis habebunt huiuſmodi.
Ego autem vobis parco. Hoc itaqꝫ dico fratres. Tempus bre
ue eſt. Reliquū eſt. vt ⁊ qui habent vxores. tanquā nō habentes
ſint. ⁊ qui flent tanq̄ꝫ non flentes. ⁊ qui gaudent tanq̄ꝫ non gau
dentes. ⁊ qui emunt tanquā non poſſidentes. ⁊ qui vtuntur hoc
mundo tanqꝫ nō vtantur. Preterit eni̅ figura huius mundi. vo
lo autem vos ſine ſollicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt ſollicitus
eſt que domini ſunt. quomodo placeat deo. Qui autē cum vxore
eſt. ſollicitus eſt que ſunt mundi. quomodo placeat mlieri ⁊ diui
ſus eſt. Et mulier innupta et virgo cogitat q̄ domini ſunt vt ſit
ſancta corpore ⁊ ſpiritu. Que autē nupta ē: cogitat que ſūt mū
di q̄uo placet viro. Porro hoc ad vtilitatem noſtram dico. non
vt laqueum vobis iniJciā. ſed ad id quod honeſtum eſt. ⁊ qd fa-
cultatem prebeat ſine impedimento dominū obſecrandi. Si q̇s
autē turpē ſe videri exiſtimat ſuper virgine ſua. ꝙ ſit ſuperadul-
ta ⁊ ita oportet fieri quod vult faciat. Non peccat. ſi nubat. nā
q̇ ſtatuit in corde ſuo firmus non habens neceſſitatem. poteſtatē
autē habens ſue volūtatis ⁊ hoc iudicauit in corde ſuo ſuare vir
ginitatem ſuā. benefacit. Igit̃ ⁊ qui mr̃monio iungit ꝟginē ſu-
am benefacit ⁊ qui non iungit melius facit. Mulier alligata eſt
legi. quanto tempore vir eius viuit. ꝙ ſi dormierit vir eius. libe
rata eſt a lege. Cui autē vult nubat tm̄ in domino. Beatior aūt
erit ſi ſic permanſerit ſm̄ meū ꝯſiliū. Puto aūt ꝙ ⁊ ego ſpiritu
dei habeam.

viij

De his autez que idolis ſacrificantur ſcimus. quia omnes
ſcientiā habemus. Scientia inflat. caritas vero edificat.
Si quis autem ſe exiſtimat ſcire aliquid nōdum cognouit quez
admodum oporteat euz ſcire. Si quis autem diligit deum. hic
cognitus eſt ab eo. De eſcis autez que idolis immolantur ſcimꝰ
quia nihil eſt idolum in mundo. ⁊ ꝙ nullus deus niſi vnus. Nā
⁊ ſi ſunt qui vocantur dij. ſiue in celo ſiue in terra. ſiquidem ſunt
dij multi ⁊ domini multi nobis tamen vnus pater ex quo om̄ia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

⁊ nos in illo. ⁊ vnus dominus Jeſus chriſtus per quem omnia
⁊ nos per ipſum. Sed non in omnibus eſt ſcientia. Quidaꝫ au-
tem cum conſcientia vſqꝫ nunc idoli. quaſi idolatitū manducāt.
⁊ conſcīa ipſorum cum ſit infirmata polluitur. Eſca auteꝫ nos
non commendat deo. Neqꝫ enim ſi manducauerimus abunda-
mus: neqꝫ ſi non manducauerimus deficiemus. Uidete autem
ne forte hec licentia veſtra offendiculum fiat infirmis. Si eniꝫ
quis viderit eum qui habet ſcientiam in idolo recumbentem. nō-
ne conſcientia eius cum ſit infirma edificabitur ad manducan-
dum idolatita? Et peribit infirmus in tua conſcientia frater ꝑ-
pter quem chriſtus mortuus eſt. ſic autem peccantes in fratres
⁊ percutientes conſcientiam eorum infirmam in xp̄m peccatis.
Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum. nō manducabo
carnem in eternum. ne fratrē meum ſcandalizem. ix

Non ſum liber? Non ſum apoſtol⁹? Nonne chriſtū Jeſum
dominum noſtrum vidi? Nonne opus meum vos eſtis
in domino? Et ſi alijs non ſum apoſtolus ſed tamen vobis ſum.
Nam ſignaculum apoſtolatus mei vos eſtis in domino. Mea
defenſio apud eos qui me interrogant hec eſt. Nunquid non ha-
bemus poteſtatem manducandi ⁊ bibendi? Nunquid non habe-
mus poteſtatem ſororem mulierem circuncidendi: ſicut ⁊ cete-
ri apoſtoli domini ⁊ cephas? Aut ego ſolus aut barnabas nō ha-
bemus poteſtatem hoc operandi? Quis militat ſuis ſtipendijs
vnquam? Quis plantat vineam. ⁊ de fructu eius non edit? quis
paſcit gregem. ⁊ de lacte gregis non manducat. Nunquid ſecū-
dum hominem hec dico. An ⁊ lex hec non dicit. Scriptum eſt
enim in lege moyſi. Non alligabis os boui trituranti. Nunq̊d
de bobus cure eſt deo? An propter vos vtiqꝫ hec dicit? Non pro-
pter nos ſcripta ſunt. quoniā debet in ſpe qui arat arare. ⁊ q̊ tri-
turat in ſpe fructus percipiendi Si nos vobis ſpiritualia ſemia-
uimus. magnum eſt ſi nos carnalia vr̄a metamus? Si alij pote-
ſtatis veſtre ꝑticipes ſunt. quare non potius nos. Sed non vſi
ſumus hac poteſtate. ſed omnia ſuſtinemus ne quod offēdicu-
lum demus euangelio chriſti. Neſcitis quoniam qui in ſacrario
operātur. q̄ de ſacrario ſunt edūt. Et q̊ altario deſeruiūt cū alta-
rio ꝑticipāt. Ita ⁊ dn̄s ordinauit his qui euangeliū annunciāt
de euangelio viuere. Ego autem nullo horum vſus ſum. Non

autem ſcripſi hec. vt ita fiant in me. Bonum eſt eñ mihi magis
mori. q̄z vt gloriã meã quis euacuet. Nam etſi euangelizauero.
nõ eſt mihi gloria. Neceſſitas eñ mihi incumbit. Ue eñ mihi
eſt ſi nõ euãgelizauero. Si eñ volens hec ago mercedem habeo.
ſi aũt inuitus. diſpẽſatio mihi credita eſt. Que eſt ergo merces
mea vt euangeliũ predicans. ſine ſumptu ponã euangeliũ. vt nõ
abutar poteſtate mea in euangelio. Nam cũ liber eſſem ex omni-
bus. omniũ me ſuũ feci. vt plures lucrifacerem. Et factus ſum
iudeis tanq̄z iudeus vt iudeos lucrarer. His qui ſub lege ſunt q̄-
ſi ſub lege eſſez cum ip̄e non eſſem ſub lege. vt eos q̇ ſub lege erãt
lucrifacerem. his qui ſine lege erant tanq̄z ſine lege eſſem. cũ ſine
lege dei nõ eſſem. ſed in lege eſſem xp̄i. vt lucri facerem eos qui ſi
ne lege erant. Factus ſum infirmis infirmus vt infirmos lucri
facerem. Oĩa oĩbus fact⁹ ſum. vt oĩs facerem ſaluos Om
nia autẽ facio propter euãgelium. vt ꝑticeps eius efficiar. Ne-
ſcitis ꝙ hi q̇ in ſtadio currunt. oĩs quidem currunt. ſed vn⁹ ac
cipit brauiũ. Sic currite vt compꝛehendatis Omnis autẽ qui in
agone contendit ab omnibus ſe abſtinet. ⁊ illi quidem vt corru-
ptibilem coronam accipiant. nos autẽ incorruptam. Ego autez
ſic curro non quaſi in incertum. ſic pugno non quaſi aerem ver-
berans. ſed caſtigo corpus meum ⁊ in ſeruitutem redigo. ne for
te cum alijs p̄dicauerim ip̄e reprobus efficiar x

Nolo eñ vos ignorare fratres. qm̄ p̄res noſtri omnes ſub
nube fuerunt ⁊ omnes mare tranſierunt. ⁊ oĩes in moyſe
baptizati ſunt in nube ⁊ in mari ⁊ omnes eandem eſcam ſpirita-
lem manducauerunt. ⁊ oĩs eundem potum ſpiritualẽ biberũt.
Bibebant autem de ſpiritali ↄſequente eos petra. petra aũt erat
xp̄us. Sed nõ in pluribus eorũ beneplacitũ eſt deo. Nã ꝓſtrati
ſunt in deſerto. Hec aũt in figura facta ſunt nr̄i. vt nõ ſim⁹ cõcu-
piſcentes maloꝝ ſicut ⁊ illi ↄcupierunt. Neq̄z idolatre efficiamĩ
ſicut q̇dam ex ip̄is. quẽadmodũ ſcriptũ eſt. Sedit populus mã
ducare ⁊ bibere. ⁊ ſurrexerunt ludere. Neq̄z fornicemur ſicut q̇-
dam ex ip̄is fornicati ſunt. ⁊ ceciderunt vna die viginti tria mi-
lia. Neq̄z temptemus xp̄m ſicut quidam eorum temptauerunt
⁊ a ſerpentibus perierunt. Neq̄z murmuraueritis ſicut quidam
eorum murmurauerunt ⁊ perierunt ab exterminatore. Hec om
nia in figura contingebant ill'. ſcripta ſunt ãt ad correptõz no
ſtrã. in quos fines ſcl'orum deuenerunt Itaq̄z q̇ ſe exiſtimat ſtare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

videat ne cadat. Temptatio vos nõ apprehendat niſi hnmana
Fidelis autem de⁹ eſt qui nõ patiet vos temptari ſupra id quod
poteſtis. ſꝫ faciet etiam cum temptatiõe ꝓuētum vt poſſitis ſu
ſtinē. Propt̄ quod chariſſimi mihi. fugite ab ydolorū cultura.
Ut prudentib⁹ loquor. vos ipi iudicate qḋ dico. Calix benedicti
onis cui benedicim⁹. nõne cõicatio ſanguinis xpi eſt? Et panis
quem frangim⁹ nonne participatio corpis dñi eſt. Qm̄ vn⁹ pa/
nis ⁊ vnum corp⁹ multi ſum⁹. omnes q̄ de vno pane ⁊ de vno ca
lice participam⁹. Uidete iſrl̄ ſcḋm carnem. Nõne qui edūt ho/
ſtias. pticipes ſunt altaris? Quid ergo dico ꝙ idolis immolatū
ſit aliquid. aut quod idolum ſit aliqḋ? Sed que immolāt gētes
demonijs immolāt. ⁊ nõ deo. Nolo autem vos ſocios fieri demo
nioꝝ. Quia nõ poteſtis calicem dñi bibere. ⁊ calicem demonioꝝ
nõ poteſtis mēſe dñi pticipes eſſe ⁊ mēſe demonioꝝ. An emula
mur dominum? Nunqḋ fortiores illo ſum⁹ Omnia mihi licēt
ſed nõ omnia expediūt. Omnia mihi licēt. ſed nõ edificāt. Ne
mo quod ſuū eſt querat. ſꝫ quod alteri⁹ Omne qḋ in macello ve
nit mādùcate. nihil interrogātes ꝓpter ꝯſciam. Dñi eſt terra ⁊
plenitudo ei⁹. Si q̇s vocat vos infideliū ad cenam ⁊ vultis ire.
omne qḋ vobis apponit mādùcate. nihil interrogātes ꝓpter cõ
ſciētiam. Si q̇s autem dixerit hoc immolatitiū eſt idolis. noli/
te manducare ꝓpter illum q̇ indicauit ⁊ ꝓpt̄ ꝯſciam. Cõſciam
autē dico n̄ tuam ſꝫ alteri⁹ Ut quid eñ libertas mea iudicat ab
aliena ꝯſcīa? Si ego cum grā ptícipo quid blaſphemor ꝓ eo ꝙ
grās ago. Siue ergo mādùcatis ſiue bibitis. vel aliud q̇d faci/
tis. omnia ĩ gloria dei facite. Sine offēnſiõe eſtote iudeis ⁊ gēti
b⁹ ⁊ eccle dei. ſicut ⁊ ego ꝑ omnia omnib⁹ placebo. nõ querēs qḋ
mihi vtile eſt. ſꝫ qḋ multis. vt ſalui fiāt Ca. xi.

IMitatores mei eſtote. ſicut ⁊ ego xpi. Laudo autem vos
frēs. ꝙ ꝑ omnia mei memores eſtis. ⁊ ſicut tradidi vobis
precepta mea tenetis. Uolo autem vos ſcire. ꝙ õnis viri caput
xps eſt. caput autem mulieris vir caput vero xpi deus. Omnis
vir orās aut ꝓphetās velato capite. deturpat caput ſuū Omnis
autēꝫ mulier orās aut ꝓphetās nõ velato capite deturpat caput
ſuū. Unum eſt eñ ac ſi decaluet. Nam ſi nõ velat mulier. tonde
atur. Si vero turpe eſt mulieri tõderi aut decaluari velet caput
ſuū. Uir quidem nõ debet velare caput ſuū quoniā imago ⁊ glo
ria dei eſt. mulier autem gloria viri eſt. Non eñ vir ex muliere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

eſt. ſed mulier ex viro. Etem̄ non eſt creatꝰ vir ꝓpter mulierem.
ſed mulier ꝓpter virum. Ideo debet mulier velamen habere ſuꝑ
caput ſuū. ⁊ ꝓpter angelos. Verūtamen neq̃ vir ſine muliere.
neq̃ mulier ſine viro in dn̄o. Nam ſicut mulier de viro. ita et
vir per mulierem. Omnia autē ex deo. Voſipſi iudicate. decet
mulierē nō velatā orare deum Nec ipſa natura docet vos Quot
vir quidē ſi comam nutriat. ignominia eſt illi. mulier v͛o ſi co
mā nutriat glīa eſt illi. quoniā capilli pro velamine ei dati ſunt
Siquis autem videt̃ cōtentioſus eſſe nos taleꝫ ꝯſuetudinem nō
habemꝰ. neq̃ eccīa dei. Hoc auteꝫ p̄cipio nō laudās. ꝙ nō in me
liꝰ. ſed in deteriꝰ cōuenitis. Primū quidem ꝯueniētibꝰ vobis in
eccleſia. audio ſciſſuras eſſe int̃ vos ex p̄te credo. Nam oportꝫ ⁊
hereſes eſſe. vt ⁊ qui ꝓbati ſunt manifeſti fiāt ī vobis. Cōuenien
tibꝰ ergo vobis ī vnum. iam nō eſt dominicā cenam manducare
Vnuſquiſq̃ em̄ ſuam cenam p̄ſumit ad māducādum. Et alius
quidem eſurit. alius autem ebriꝰ eſt. Nunq̇d domos nō habetis
ad māducādum ⁊ bibēdum? Aut eccīam dei ꝯtemnitis ⁊ cōfun
ditis eos q̇ nō habēt. Quid dicam vobis? Laudo vos. in hoc nō
laudo. Ego em̄ accepi a dn̄o qđ ⁊ tradidi vobis. qm̄ dominꝰ ih̄s
in qua nocte tradebat̃ accepit panem ⁊ grās agēs fregit ⁊ dixit.
Accipite ⁊ māducate. Hoc eſt corpꝰ meum qđ ꝓ vobis tradet̃.
Hoc facite ī meam cōmemorationem. Similit̃ ⁊ calicem poſt
q̄ cenauit dicēs Hic calix nouū teſtamētum ī meo ſanguīe Hoc
facite quotiēſcūq̃ bibetis. in meam cōmemorationem Quotiēſ
cūq̃ em̄ māducabitis panem hūc. ⁊ calicem bibetis. mortem do
mini annūciabitis donec veniat. Itaq̃ quicūq̃ māducauerit pa
nem. ⁊ biberit calicem dn̄i indigne reꝰ erit corꝑis ⁊ ſanguīs dn̄i
Probet autē ſeip̄m homo. ⁊ ſic de pane illo edat ⁊ de calice bibat
Qui em̄ māducat ⁊ bibit īdigne iudicium ſibi māducat ⁊ bibit
nō diiudicās corpꝰ domini. Ideo int̃ vos multi. infirmi ⁊ imbe
cilles ⁊ dormiūt multi. Qꝫ ſi noſmetip̄os diiudicaremꝰ. nō vti
q̃ iudicaremur. Dum iudicamur autē a dn̄o corripimur. vt nō
cum hoc mundo damnemur Itaq̃ frēs mei cum cōuenitis ad
manducādum inuicē expectate. Siquis autem eſurit domi mā
ducet. vt nō in iudicium ꝯueniatis. Cetera autem cum venero
diſponam. Ca. xij.

De ſpiritalibꝰ autem nolo vos ignorare fratres. Scitis au
tem quoniam cum gētes eſſetis ad ſimulacra muta. prout

ducebamini euntes. Ideo notum vobis facio. ꝙ nemo in ſpū dei
loquens dicit anathema ieſu. Et nemo poteſt dicere dominꝰ ihs
niſi in ſpū ſancto. Diuiſiones vero gratiarum ſunt. idem autem
ſpūs. Et diuiſ͞oes miniſtrationū ſunt. idem autem dominꝰ. Et
diuiſiones operationum ſunt. idem vero deus qui operatur om-
nia in omnibꝰ. Unicuiqꝫ autem datur manifeſtatio ſpūs ad vti
litatem. Alij quidem per ſpūm datur ſermo ſapiētie. alij autem
ſermo ſcie ſcd̄m eundem ſpūm. Alteri fides in eodem ſpiritu. alij
gratia ſanitatum in vno ſpū. Alij operatio ꝟtutum alij prophe-
tia. alij diſcretio ſpirituū. alij interpretatio ſermonum. Hec au
tem omnia operatur vnꝰ atqꝫ idem ſpūs. diuidens ſingulis ꝓut
vult. Sicut enim corpꝰ vnum eſt ⁊ membra habet multa. om-
nia autem membra corporis cum ſint multa. vnum tamen cor-
pus ſunt. ita ⁊ chriſtꝰ. Etenim in vno ſpū omnes nos in vnum
corpꝰ baptizati ſumꝰ ſiue iudei ſiue gētiles ſiue ſerui ſiue liberi. et
omnes in vno ſpū potati ſumus. Nam ⁊ corpus non eſt vnum
membrum. ſed multa. Si dixerit pes quoniam nō ſum manꝰ.
nō ſum de corpore. nū ideo nō eſt de corpore? Et ſi dixerit auris.
quoniam nō ſum oculus. nō ſum de corpore. nū ideo nō eſt de cor
pore? Si totum corpꝰ oculus. vbi auditus? Si totum auditꝰ.
vbi odoratꝰ? Nunc autem poſuit deus membra. vnumquodqꝫ
eorum i corpore ſicut voluit. Qꝫ ſi eſſent omnia vnum membꝝ.
vbi corpꝰ? Nunc autem multa quidem membra. vnum autem
corpus. Nō poteſt aut dicere. oculus manui. opera tua nō indi
geo. aut iterum caput pedibus. nō eſtis mihi neceſſarij. Sꝫ mul
tomagis que videntur membra corporis infirmiora eſſe. neceſſa
riora ſunt. Et que putamus ignobiliora membra eſſe corporis.
his honorem abundātiorem circūdamꝰ. Et que inhoneſta ſunt
noſtra abūdantiorem honeſtatem habēt. Honeſta autem noſtra
nullius egēt. Si deꝰ temperauit corpus. ei cui deerat abūdātio-
rem tribuēdo honorem. vt nō ſit ſciſma i corpore. ſed in idipm̄
pro inuicem ſollicita ſint membra. Et ſiquid patit̄ vnum mem
brum. compatiūtur omnia membra. ſiue gloriatur vnum mem
brorum. congaudent omnia membra. Uos autem eſtis corpus
xp̄i. ⁊ membra de mēbro. Et quoſdā quidē poſuit deꝰ in eccl̄ia. ꝑ-
mū apl'os. ſcd̄o ꝓphetas. tercio doctores dei ꝟtutes. exinde g̅-
tias curationum opitulationes gubernationes genera linguarū
interpretationes ſermonum. Nunquid omnes apl'i. Nunquid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

omnes ꝓphete: Nunq̇d omnes doctores: Nunq̇d omnes ꝟtu-
tes: Nunquid oīs grām habēt curationū: Nunq̇d omnes lin
guis loquūtur: Nūquid oīs interp̄tant̄: Emulamini autē cha
riſmata meliora. Et adhuc excellētiorem viam vobis demon-
ſtro. ¶ Capi. xiij.

SI linguis hoīm loquar ⁊ angeloꝝ. charitateꝫ autem nō ha
beam. factꝰ ſum velut es ſonās aut cymbalum tinniēs Et
ſi habuero ꝓphetiam ⁊ nouerim myſteria omnia ⁊ oēm ſciam. ⁊
ſi habuero oēm fidem. ita vt mōtes trāſferam. charitatem auteꝫ
nō habuero nihil ſum Et ſi diſtribuero ī cibos paupeꝝ omnes fa
cultates meas. ⁊ ſi tradidero corpꝰ meum. ita vt ardeam. charita
tem autem nō habuero nihil mihi ꝓdeſt. Charitas patiēs eſt be
nigna eſt. Charitas nō emulat̄. nō agit perperam. nō inflat̄ non
ambitioſa nō querit q̄ ſua ſunt. Nō irritat̄ non cogitat malum
nō gaudet ſuꝑ iniquitate. cōgaudet autem veritati. Oīa ſuffert
omnia credit omnia ſperat oīa ſuſtinet. Charitas nunq̄ꝫ excidit
Siue ꝓphetie euacuabunt̄. ſiue lingue ceſſabūt. ſiue ſcīa deſtrue
tur. Ex ꝑte eñ cognoſcimꝰ ⁊ ex ꝑte ꝓphetamꝰ. Cum autem ve-
nerit q̇d perfectum eſt. euacuabit̄ q̇d ex ꝑte eſt. Cum eſſem ꝑuu
lus loquebar vt ꝑuulꝰ. ſapiebam vt paruulꝰ. cogitabā vt paruu
lus. Quādo autem factꝰ ſum vir euacuaui q̄ erāt paruuli. Vide
mus nūc ꝑ ſpeculum ī enigmate. tūc autē facie ad faciem. Nūc
cognoſco ex ꝑte. tūc autem cognoſcam. ſicut ⁊ ꝯgnitꝰ ſum Nūc
autem manēt fides ſpes charitas tria hec maior autem horum ē
charitas ¶ Ca. xiiij.

SEctamī charitatem. emulamī ſpiritalia magis auteꝫ vt ꝓ
phetetis. Qui eñ loquit̄ lingua. nō homībꝰ loquit̄. ſꝫ deo.
Nemo eñ audit. Spūs autem loquit̄ myſteria. Nam qui pro
phetat homībꝰ loquit̄ ad edificationem ⁊ exhortationem ⁊ cōſo
lationem. Qui loquit̄ lingua ſemetipm̄ edificat. Volo autē om
nes vos loqui linguis. magis autem ꝓphetare. Nam maior eſt
qui ꝓphetat q̄ꝫ qui loquit̄ linguis. niſi forte interp̄tet̄. vt eccl'ia
edificationem accipiat. Nūc autem frēs ſi venero ad vos līguis
loquēs. quid vobis ꝓdero. niſi vobis loquar aut ī reuelatiōe aut
in ſcīa aut in ꝓphetia aut in doctrina. Tamen que ſine aīa ſunt
vocem dātia ſiue tibia ſiue cithara. niſi diſtinctiōem ſonituū de
derint. q̄uo ſciet̄ id quod canit̄ aut quod citharizat̄ Etenim ſi in
certam vocem det tuba. quis parabit ſe ad bellum: Ita ⁊ vos ꝑ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

linguam. niſi manifeſtū ſermonez dederitis. quomodo ſcietur id
quod dicitur. Eritis em̄ in aera loquentes. Tam multa vt pu-
ta linguaꝝ ſunt in hoc mundo. ⁊ nihil ſine voce eſt. Si ergo ne
ſciero virtutē vocis ero ei cui loquar barbarus. ⁊ qui loquit̄ mi-
hi barbarus. Sic ⁊ vos quoniā emulatores eſtis ſpirituū ad edi
ficationē eccleſie. querite vt abundetis. Et ideo qui loquitur lin
gua. oret vt interpretetur. Nam ſi orem lingua. ſpūs meꝰ orat.
mens autem mea ſine fructu eſt. Quid ergo eſt? Orabo ſpiritu.
orabo ⁊ mente. Pſallam ſpiritu. pſallam ⁊ mente. Ceterū ſi bene
dixerit ſpūs. quis ſupplet locū ideote? Quomō dicet amen ſuper
tuam benedictionē? Quoniā quid dicas neſcit. Nam tu q̇dem
bene gratias agis. ſed alter non edificatur. Gratias ago deo meo
ꝙ omniū veſtrum lingua loquor. Sed in eccleſia volo q̇nq; ver
ba ſenſu meo loqui. vt ⁊ alios inſtruam. q̄z decem milia verboruz
in lingua. Fratres nolite pueri effici ſenſibus. ſed malicia paruu
li eſtote. ſenſibus autem perfecti eſtote. In lege enim ſcriptū eſt.
Quoniā in aliȷs linguis ⁊ in labiȷs aliȷs loquar populo huic. et
nec ſic exaudient me dicit dominus. Itaq; lingue in ſignū ſunt
non fidelibus ſz infidelibus. prophetie autē non infidelibus ſz fi-
delibus. Si ergo conueniat vniuerſa eccl'ia in vnū. ⁊ omnes lin-
guis loquantur. intrent autem ideote aut infideles nonne dicēt.
quid inſanitis? Si autem oīs prophetent. intret aūt quis infi
delis vel ideota conuincitur ab oībus. diiudicat̄ ab omnibus.
Occulta enim cordis eius manifeſta fiunt. ⁊ ita cadens in faciē
adorabit deum. pronuncians ꝙ vere deus in vobis ſit. Quid er-
go eſt fratres? Cū ꝯuenitis vnuſq̄ſq; veſtrū pſalmū habet. doctri
nam hz. apocalipſim hz. linguā hz. interp̄tationem hz. oīa ad
edificationem fiant. Siue lingua quis loq̄tur ſm duos. aut vt
multū tres ⁊ ꝑ ꝑtes. ⁊ vnus interp̄tet̄. Si aūt non fuerit inter-
pres. taceat in eccleſia. ſibi autē loquat̄ ⁊ deo. Prophete aūt duo
aut tres dicant. ⁊ ceteri diȷudicent. Qd̓ ſi aliȷ reuelatū fuerit ſe
denti. p̓or taceat. Poteſtis em̄ oēs ꝑ ſingulos prophetare. vt
oīs diſcant ⁊ oīs exhortentur. Et ſpūs prophetaꝝ prophetis
ſubiecti ſunt Non em̄ diſſenſionis eſt deꝰ. ſz pacis. ſicut ⁊ in om
nibus eccleſiȷs ſanctoꝝ doceo. Mulieres in eccleſiȷs taceāt. Nō
em̄ ꝑmittit̄ eis loqui. ſed ſubditas eſſe. ſicut ⁊ lex dicit. Si quid
autē volunt diſcere domi viros ſuos interrogent. Turpe eſt em̄
mlieri loq̇ in eccl'ia. An a vobis v̄bū dei ꝓceſſit. aut in vos ſolos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

ꝑuenit Si quis videtur propheta eſſe aut ſpiritualis. ꝯgnoſcat
que ſcribo vob. qꝛ dn̄i ſunt mādata Si q̇s āt ignorat ignorabit
Itaqꝫ emulamī prophetare et loq̇ linguis nolite prohibere Om
nia aūt honeſte ⁊ ſm ordinē fiant in vobis. xv

Notum autē vobis facio fratres euāgelium qd̕ predicaui
vobis. qd̕ ⁊ accepiſtiſ in quo ⁊ ſtat ſꝑ qd̕ et ſaluamini. qua
ratione pdicauerim vobis ſi tenetis. niſi fruſtra credidiſtis. Tra
didi em̄ vobis in primis quod ⁊ accepi. qm̄ xp̄us mortuus eſt ꝓ
peccatis noſtr s ſm ſcripturas. ⁊ quia ſepultus eſt. ⁊ quia reſur
rexit tercia die ſm ſcripturas. ⁊ quia viſus eſt cephe. ⁊ poſt hoc
vndecim. Deinde viſus eſt plus q̄ꝫ quingentis fratribus ſimul.
ex quibus multi manent vſqꝫ adhuc. quidā aūt dormierunt. De
inde viſus eſt iacobo. deinde apoſtolis omnibus. Nouiſſime aūt
omniū tanq̄ꝫ ab ortiuo viſus eſt ⁊ mihi. Ego em̄ ſum mīm⁹ apo
ſtoloꝝ q̇ nō ſum dignus vocari apl'us. qm̄ pſecut⁹ ſum eccleſiaꝫ
dei. Gratia autem dei ſuꝫ id quod ſum. ⁊ gratia eius in me vacua
nō fuit. ſed abundantius illis omnibus laboraui. Non ego aūt
ſed gratia dei mecum Siue enim ego ſiue illi ſic predicauimus.
⁊ ſic credidiſtis. Si autem xp̄us predicatur. ꝙ reſurrexit a mor
tuis. q̄uo quidā dicunt in vobis. qm̄ reſurrectio mortuorum nō
eſt? Si autē reſurrectio mortuoꝝ nō eſt. neqꝫ xp̄s reſurrexit. Si
aūt xp̄us nō reſurrexit. inanis eſt p̄dicatio noſtra. inanis eſt fides
noſtra. Inuenimur autē ⁊ falſi teſtes dei. qm̄ teſtimoniū diximꝰ
aduerſus deū ꝙ ſuſcitauit xp̄m. quē nō ſuſcitauit. ſi mortui nō re
ſurgunt. Nam ſi mortui nō reſurgūt neqꝫ xp̄us reſurrexit. ꝙ ſi
xp̄us nō reſurrexit. vana ē fides veſtra. Adhuc em̄ eſtis in pecca
tis vr̄is. Ergo ⁊ qui dormierūt in xp̄o. pierūt. Si ī hac vita tm̄
in xp̄o ſpantes ſum⁹. miſerabiliores ſum⁹ oīb⁹ hoīb⁹. Nūc autē
xp̄us reſurrexit a mortuis p̄micie dormientiū. qm̄ q̇dem ꝑ hoīeꝫ
mors. ⁊ ꝑ hoīem reſurrectio mortuoꝝ. Et ſicut in adā oēs mo-
riūtur. ita ⁊ in xp̄o oēs viuificabūtur. vnuſq̇ſqꝫ āt in ſuo ordine
p̄micie xp̄us. deinde hi q̇ ſunt xp̄i: q̇ in aduētu ei⁹ crediderūt. De-
inde finis cū tradiderit regnū deo ⁊ patri. cū euacuauerit oēm p̄n
cipatū ⁊ ptātē ⁊ ꝟtutē. Oportꝫ āt illū regnare. donec ponat om
nes inimicos ſub pedib⁹ ei⁹ Nouiſſime āt inimica deſtruet mors
Om̄ia em̄ ſubiecit ſub pedibus ei⁹ Cū āt dicat oīa ſubiecta ſunt
ei. ſine dubio p̄ter eū qui ſubiecit ei oīa. Cū aūt ſubiecta fuerint

illi oĩa. tũc ⁊ ip̃e fili⁹ ſubiect⁹ erit illi. q̇ ſubiecit ſibi oĩa. vt ſit d̃s
oĩa in om̃ib⁹. Alioq̇n q̇d faciẽt. q̇ baptizanṫ ꝑ mortuis. Si oĩ-
no mortui nõ reſurgũt. vt q̇ ⁊ baptizãtur ꝑ ill'? Ut q̇d ⁊ nos pi
clitamur oĩ hora? Quotidie morior propṫ vrãm gl'iam fratres.
quã habeo in xp̃o Jeſu dño nr̃o. Si ſm hoiẽm ad beſtias pugna
ui epheſi. q̇d mihi ꝓdeſt ſi mortui nõ reſurgũt. Mãducemus et
bibam⁹. cras em̃ moriemur. Nolite ſeduci. Corrũpũt mores bo
nos colloq̇a mala. Euigilate iuſti. ⁊ nolite peccare. Jgnorantiã
em̃ dei q̇dã hñt. Ad reuerentiã vobis loq̇r. Sꝫ dicat aliq̇s. q̃uo
reſurgũt mortui. q̃li aũt corꝑe venient? Jnſipiẽs tu. q̇d ſemias
nõ viuificaṫ. niſi p̈us moriaṫ. Et q̇d ſemias? Nõ corp⁹ q̇d futu
rũ eſt ſemias ſꝫ nudũ granũ. vtputa tritici. aut alicui⁹ ceterorũ.
De⁹ aũt dat illi corp⁹ ſicut vult. ⁊ vnicuiqꝫ ſeminũ propriũ cor-
pus. Nõ om̃is caro eadẽ caro. ſꝫ alia hoim alia pecoꝝ alia volu
crũ alia aũt piſciũ. Et corꝑa celeſtia ⁊ corꝑa terreſtria. Sꝫ alia
q̇dẽ celeſtiũ gl'ia alia ãt terreſtriũ. alia claritas ſolis alia claritas
lune ⁊ alia claritas ſtellaꝝ. Stella em̃ a ſtella differt in claritate
ſic ⁊ reſurrectio mortuoꝝ. Seminaṫ in corruptiõe. Semiatur
in ignobilitate. ſurget in gloria. Semiatur ĩ infirmitate. ſurget
in virtute. Semiatur corpus aĩale. ſurget corp⁹ ſpũale. Si eſt
corp⁹ aĩale eſt ſpũale. ſicut ⁊ ſcriptũ eſt. Fact⁹ eſt p̈m⁹ hõ Adam
in animã viuentem. nouiſſimus adam in ſpiritũ viuificantem.
Sed non prius quod ſpirituale eſt ſed quod animale. deinde q̇d
ſpirituale. Primus homo de terra terrenus. ſecundus homo de
celo celeſtis. Qualis terrenus tales ⁊ terreni. Et qualis celeſtꝭ.
tales ⁊ celeſtes. Jgitur ſicut portauimus imaginem terreni. por
temus ⁊ imaginẽ celeſtis. Hoc autem dico fratres. quia caro et
ſanguis regnũ dei poſſidere. nõ pñt. neqꝫ corruptio incorruptelã
poſſidebit. Ecce miſteriũ vob̃ dico. oẽs q̇dẽ reſurgem⁹. ſꝫ ñ oẽs
immutabimur. Jn momento in ictu oculi in nouiſſima tuba.
Canet enim tuba et mortui reſurgent incorrupti. et nos immu
tabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelã
et mortale hoc induere immortalitatem. tunc fiet ſermo qui ſcri
ptus eſt. Abſorta eſt mors in victoria. Ubi ẽ mors victoria tua
Ubi eſt mors ſtimulus tuus. Stimulus autem mortis pecca
tũ eſt. v̈tus autẽ pecati lex. Deo ãt grãs q̇ dedit nobis victoriã
per dominum noſtrum Jheſum chriſtuꝫ. Jtaqꝫ fratres mei dile

cti ſtabiles eſtote et immobicees: abundantes in omni opere dñi
ſemꝑ: ſcientes ꝙ labor veſter nõ ē īanis ī dño xvi.
DE collectis aũt que fiũt in ſcõs: ſicut ordinaui in eccle-
ſijs galathie: ita et vos facite per vnam ſabbati. Unuſ-
quiſq; veſtrũ apud ſe reponat. recondẽs qđ ei bñplacuerit: vt
nõ cũ venero tunc collecte fiant. Cum autẽ pñs fuero: quos ꝓ-
baueritis ꝑ eplãs. hos mittã ꝑferre grãm veſtrã in irlm. Q; ſi
dignũ fuerit vt ego eã. mecũ ibũt Ueniã aũt ad vos. cũ macedo
niã ꝑtrãſiero Nã macedoniã ꝑtrãſibo. Apud vos ãt forſitã ma
nebo. l'etiã hyemabo. vt vos me deducatis q̃cũq; iero Nolo enĩ
vos modo in tranſitu videre. Spero enĩ me aliquãtulum tẽpo
ris manere apud vos ſi domin⁹ permiſerit. Permanebo autem
epheſi vſq; ad pentecoſten. Oſtium. n. mihi apertũ eſt magnũ
et euidẽs et aduerſarij multi. Si autem venerit timotheus. vi-
dete vt ſine timore ſit apud vos. Opus. n. domini opat̃ ſicut et
ego Ne quis ergo illũ ſpernat. Deducite autem illũ in pace. vt
veniat ad me. Expecto enim illum cum fratrib⁹. De apollo aũt
fratre vobis notum facio qm̃ multum rogaui eum. vt veniret
ad vos cum fribus. ⁊ vtiq; non fuit voluntas eius vt nunc ve-
niret. Ueniet autem cum ei vacuũ fuerit. Uigilate. ſtate in fide
viriliter agite ⁊ confortamini. omnia enim veſtra in caritate fi-
ant. Obſecro autem vos fratres. noſtis domũ ſtephane ⁊ fortu-
nati ⁊ achaici. quoniã ſunt primicie achaie. ⁊ in miniſteriũ ſan-
ctorum ordinauerunt ſeip̃os. vt vos ſubditi ſitis eiuſmodi ⁊ oĩ
cooperanti ⁊ laboranti. Gaudeo autẽ in preſentia ſtephane ⁊ for
tunati ⁊ achaici. quoniã id quod vobis deerat. ipſi ſuppleuerũt.
Refecerunt enĩ ⁊ meum ſpiritum ⁊ veſtrum. Cognoſcite ergo
que eiuſmodi ſunt. Salutant vos omnes eccleſie aſie. Salu-
tant vos in domino multum aquila ⁊ priſca cum domeſtica ſua
eccleſia. apud quos ⁊ hoſpitor. Salutant vos omnes fratres.
Salutate inuicem in oſculo ſancto. Salutatio mea manu pau-
li. Si quis non amat dominũ noſtrum Jeſum xp̄m ſit anathe-
ma maranatha. Gratia domini noſtri Jeſu xp̄i vobiſcum. Cari-
tas mea cum omnibus vobis in xp̄o Jeſu. Amen.

Explicit Epiſtola Pauli ad Corinthios prima.

¶ Incipit prologus in ſecundam epiſtolam ad Corinthios.

In ſecūda ad corinthios epiſtola quaſi in parte ſupe
riori poſt tribulationem ſuarum relatōes reddit cau
ſas quare ad eos ſecūdo nō ierit qm̄ nō leui mutatio
ne cōſilij feciſſe ſe aſſerit . ſed ne aduentu ſuo triſticiā
incurreret. cum in peccato permanere diſcipl'os repperiſſet. De
inde poſt agnitos fruct⁹ penitentie recōſiliat eum eccl'ie. quem i
prima ꝓpter fornicationem a cōſortio ſanctoꝝ iuſſerat amoue-
ri. Tercio cōtra pſeudo apoſtolos officij ſui dignitatem tuetur:
et noui teſtamenti miniſtros tāto anteire gratia oſtēdit. quanto
euāgelium eſt lege preſtātius Immoratur etiam i cauſa iſta plu
rimum quam breuiter i prima cōtigerat. vt prompto ac libenti
animo neceſſaria preſentis vite nō habentibus largiātur. ⁊ vti-
litate ſpūalis cōmercij commutēt pn̄tia cum futuris. atqꝫ abū-
dantia ſua ſanctorum inopiam ſuppleāt . vt viciſſim eorum ino
pia ſanctorum abundātia ſuppleatur In fine repetit quod ſupe
rius cōtra pſeudo apoſtolos egerat. ⁊ iactationem eoꝝ predica-
tioneſqꝫ de ſe glorioſas vel collata antiquitate generis vel catha
logo iniuriarum . ac periculorum ſuorum euacuat dicitqꝫ eos
operarios ſubdolos qui ad imitationem ſathane trāſfigurent in
apoſtolos chriſti ſub predicationis ſpe lucra pecuniaria queqꝫ
ſectantes.

¶ Incipit argumentum.

Poſt actam a corinthijs pn̄tiam cōſolatoriam ſcribit eis
epiſtolam apoſtolus a troade per titum. ⁊ collaudās eos.
hortatur ad meliora cōtriſtatus quidem eos. ſed emenda
tos oſtendens.

¶ Explicit argumētum. Incipit epiſtola pauli ad corinthios ſecūda. Capitulū primū.

Paulus apoſtolus chriſti ieſu per voluntatem
dei. ⁊ thimotheus frater eccleſie dei que eſt cori
thi cum omnibus ſanttis qui ſunt in vniuerſa
achaia. Gratia vobis ⁊ pax a deo patre noſtro ⁊
domino ieſu chriſto. Benedictus domin⁹ deus

et pater dn̄i noſtri ieſu xp̄i. pater miaꝝ ⁊ deꝰ totius ꝯſolationis.
qui cōſolat̄ nos in omni tribulatiōe noſtra. vt poſſimꝰ et ipi ꝯſo
lari eos qui ī omni preſſura ſunt ꝑ exhortationem. qua exhorta-
mur ⁊ ipi a deo. qm̄ ſicut abundāt paſſiones xp̄i ī nobis ita ⁊ per
xp̄m abūdat cōſolatio noſtra. Siue autem tribulamur ꝓ veſtra
exhortatiōe ⁊ ſalute. ſiue cōſolamur ꝓ veſtra cōſolatione. ſiue ex
hortamur ꝓ veſtra exhortatiōe ⁊ ſalute. qui operat̄ tolerantiam
earūdē paſſionum quas ⁊ nos patimur. vt ſpes noſtra firma ſit
pro vobis. ſciētes qm̄ ſicut ſocij paſſionum eſtis. ſic eritis ⁊ ꝯſo
latiōis. Nō enim volumꝰ ignorare vos fratres de tribulatōe no
ſtra que facta eſt ī aſia. quoniam ſupra modum grauati ſumꝰ ſu-
pra vͥtutem. ita vt tederet nos etiam viuē. Sed ipi in nobiſipis
reſpōſum mortis habuimꝰ. vt nō ſimus fidētes in nobis. ſed in
deo qui ſuſcitat mortuos. q̇ de tātis periculis nos eripuit ⁊ eruit
in quem ſperamꝰ. qm̄ ⁊ adhuc eripiet adiuuātibus ⁊ vobis ī ora-
tione ꝓ nobis. vt ex multaꝝ ꝑſonis faciem eiꝰ que nobis eſt do-
nationis per multos grē agātur pro nobis. Nam gloria noſtra
hoc eſt teſtimonium ꝯſcie noſtre. ꝙ ī ſimplicitate cordis ⁊ ſince
ritate dei ⁊ nō in ſapia carnali. ſꝫ in gr̄a dei cōuerſati ſumꝰ in hoc
mūdo. abundātius autem ad vos. Non em̄ alia ſcribimꝰ vobis
q̄ꝫ que legiſtis ⁊ cognouiſtis. Spero autem ꝙ vſqꝫ ī finem cog
noſcetis. ſicut ⁊ cognouiſtis nos ex pte. quia gloria veſtra ſumꝰ
ſicut ⁊ vos noſtra ī die dn̄i noſtri ieſu xp̄i. Et hac cōfidentia vo-
lui priꝰ venire ad vos vt ſecūdam grām haberetis. ⁊ ꝑ vos trāſi
rem ī macedoniam. ⁊ iteꝝ a macedonia venirem ad vos. ⁊ a vobꝭ
deduci ī iudeam. Cum ergo hoc voluiſſem. nunq̇d leuitate vſus
ſum? Aut que cogito ſm̄ carnem cogito. vt ſit apud me. ē ⁊ nō?
Fidelis aūt deus. quia ſmo noſter q̇ fuit apud vos. nō eſt ī illo ē
et nō. ſed eſt ī illo ē. Dei em̄ filiꝰ ieſus xp̄s. qui ī vobis ꝑ nos pre
dicatꝰ eſt. ꝑ me ⁊ ſiluanū ⁊ thimotheum. nō fuit ī illo ē ⁊ nō. ſed
eſt ī illo fuit. Quotq̄t em̄ promiſſiōes dei ſunt. ī illo eſt. Ideo et
per ipm̄ amē dico ad gloriam veſtrā. Qui autē ꝯfirmat nos vo
biſcū ī xp̄o. ⁊ q̇ vnxit nos deꝰ ⁊ q̇ ſignauit nos ⁊ dedit pignꝰ ſp̄us
in cordibꝰ noſtris. Ego āt teſtem deum inuoco ī aīam meam. ꝙ
parcēs vobis nō veni vltra corinthū. nō qꝛ dominamur fidei ve
ſtre. ſꝫ adiutores ſumꝰ gaudij vr̄i. Nā fide ſtatis. .ij.
STatui aūt hoc ipm̄ apud me. ne iteꝝ in triſticia venirē ad
vos. Si em̄ ego cōtriſto vos. ⁊ q̇s eſt q̇ me letificet. niſi q̇

cōtriſtat̃ ex me: Et hoc ipm̄ ſcripſi vobis. vt nō cum venero tri
ſticiam ſup̱ triſticiam habeam de quibꝰ oportuerat me gaudere.
cōfidens i omnibꝰ vobis. quia meum gaudium oim̄ veſtrum eſt
Nam ex multa tribulatiōe ⁊ anguſtia cordis ſcripſi vobis ꝑ mul
tas lachrymas nō vt cōtriſtemini. ſꝫ vt ſciatis quam charitateꝫ
habeam abundātius i vobis. Siq̄s autem cōtriſtauit me. non
me cōtriſtauit. ſed ex ꝑte. nō vt onerem oēs vos. Sufficit illi q̇
eiuſmodi ē obiurgatio hec. que fit a pluribꝰ. ita vt ecōtrario ma
gis donetis ⁊ cōſolemi̅. ne forte abundātiori triſticia abſorbeat̃.
qui eiuſmodi ē. Propt̃ quod obſecro vos. vt ꝯfirmetis i illum
charitatem. Ideo em̄ ⁊ ſcripſi vobis. vt cognoſcam experimētuꝫ
veſtrum. an in omnibꝰ obedictes ſitis Cui autem aliq̇d donaſtis
et ego Nam ⁊ ego qđ donaui ſiq̇d donaui ꝓpter vos in perſona
xp̄i. vt nō circūueniamur a ſathana. Nō em̄ ignoramꝰ cogitatio
nes eiꝰ. Cum veniſſem aūt troādem ꝓpter euāgelium xp̄i. ⁊ oſti
um mihi aptum eſt in domino. nō habui requiē ſpūi meo. eo ꝙ
n̄ inuenerim titum frēm meum ſꝫ vale faciēs eis. ꝓfectus ſum i
macedoniā. Deo autem grās. qui ſemp̱ triūphat nos i xp̄o ih̄u ⁊
odorem noticie ſue manifeſtat p̱ nos i omni loco. qꝛ xp̄i bonus
odor ſumꝰ deo in his q̇ ſalui fiūt. ⁊ in his qui pereūt. Aliȷs q̇deꝫ
odor mortis i mortem. aliȷs autem odor vite i vitam. Et ad hec
quis tam idoneꝰ: Nō em̄ ſumꝰ ſicut plurimi adulterātes ꝟbum
dei. ſed ex ſinceritate. ſicut ex deo corā deo in xp̄o loq̇mur iij
INcipimus iteꝝ noſmetipos cōmendare Aut nūquid ege
mꝰ. ſicut quidā cōmēdaticiȷs ep̄lis ad vos. aut ex vobis:
Epiſtola nr̄a vos eſtis ſcripta i cordibꝰ noſtris que ſcitur ⁊ legi
tur ab omnibꝰ homibꝰ manifeſtati qm̄ ep̄la eſtis xp̄i miſtrata a
nobis ⁊ ſcripta nō atramēto ſꝫ ſpū dei viui. nō in tabulis lapide
is ſꝫ in tabulis cordis carnalibꝰ. Fiduciā aūt talē hēmꝰ p̱ xp̄m
ad deū. nō ꝙ ſufficiētes ſumꝰ cogitare aliq̇d a nobis q̄ſi ex nobis
ſed ſufficiētia nr̄a ex deo eſt. Qui ⁊ idoneos nos fecit miſtros no
ui teſtamēti. nō lr̄a ſed ſpū. Littera em̄ occidit. ſpūs autē viuifi
cat. Qꝫ ſi miſtratio mortis lr̄is deformata i lapidibꝰ fuit in glo
ria. ita vt n̄ poſſēt intēdere filiȷ i ſrl̄ in faciem moyſi ꝓpt̄ gloriaꝫ
vultꝰ eius que euacuat̃ quomodo nō magis miſtratio ſpūs erit
in gloria: Nam ſi miſtratio damnatōis in gloria eſt. multo ma
gis abundat miſterium iuſticie in gloria. Nam nec glorificatū
eſt quod claruit i hac parte ꝓpter excellentem gloriam. Si em̄

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

quod euacuatur ꝑ gloriam eſt. multomagis quod manet in glo
ria eſt. Habētes igiꝛ talem ſpem. multa fiducia vtimur. Et nō
ſicut moyſes ponebat velamen ſuper faciem ſuam. vt non inten
derēt filij iſrl' in faciem eiꝰ. quod euacuaꝛ. ſed obtuſi ſunt ſenſus
eorum. Uſqꝫ in hodiernum diem idipm velamē in lectione ve
teris teſtamēti manet nō reuelatum quoniam ī xpo euacuatur.
ſed vſqꝫ in hodiernum diem cum legiꝛ moyſes velamen poſitū
eſt ſuper cor eorum. Cum autem cōuerſus fuerit ad deum. aufe-
retur velamē. Dominꝰ autem ſpūs eſt. Ubi autem ſpūs domi-
ni ibi libertas. Nos vero omnes reuelata facie. gloriam domini
ſpeculātes in eādem imaginem trāſformamur a claritate in cla
ritatem tanqꝫ a dn̄i ſpū. Ca. iiij.

Ideo habētes amminiſtrationem iuxta quod miſcdiam cōſe
cuti ſumus nō deficimus ſed abdicamꝰ occulta dedecoris.
nō ambulātes in aſtutia. neqꝫ adulterātes verbum dei. ſed ī ma
nifeſtatione veritatis commēdantes noſmetipos ad omnem cō-
ſciētiam hominum coram deo. Qꝫ ſi etiam optum eſt euangeliū
noſtrum. ī his qhi pereūt eſt optum. in quibꝰ deus huiꝰ ſeculi ex-
cecauit mētes infidelium. vt nō fulgeat illumiatio euāgelij glo-
rie xpi qui eſt imago dei. Nō em̄ noſmetipos predicamꝰ. ſed ie-
ſum xpm dominum noſtꝝ. Nos autem ſeruos veſtros ꝑ ieſum.
qm̄ deus q̄ dixit de tenebris lucem ſplēdeſcere. ipe illuxit in cor-
dibꝰ noſtris ad illuminationē ſciētie claritatis dei in facie xpi ie-
ſu Habemꝰ autem theſaurum iſtum ī vaſis fictilibꝰ. vt ſublimi
tas ſit virtutis dei ⁊ nō ex nobis. In omnibꝰ tribulationem pati
mur. ſed non anguſtiamur. Aporiamur. ſed non deſtituimur.
Perſecutionem patimur. ſed nō derelinquimur. Humiliamur. ſꝫ
nō cōfundimur. Deijcimur. ſed non perimꝰ. Semꝑ mortifica-
tionem ieſu xpi in corꝑe noſtro circūferētes. vt ⁊ vita ieſu maife
tur in cordibꝰ noſtris. Semꝑ em̄ nos q̄ viuimꝰ in mortē tradi-
mur ꝓpter ieſum vt ⁊ vita ieſu manifeſteꝛ in carne nr̄a mortali
Ergo mors ī nobis opaꝛ. vita autem ī vobis Hn̄tes aūt eūdem
ſpm fidei ſicut ſcriptū eſt. Credidi ꝓpꝛ qđ locutꝰ ſum ⁊ nos cre-
dimꝰ. ꝓpꝛ qđ ⁊ loqmur ſciētes qm̄ qui ſuſcitauit ieſum. ⁊ nos
cum ieſu ſuſcitabit ⁊ cōſtituet vobiſcū. Oia em̄ ꝓpꝛ vos vt gr̄a
abundās ꝑ multos grāꝝ actiōe abūdet in gl'ia dei. Propꝛ qđ nō
deficimꝰ Sed licet is q̄ foris ē noſter hō corrūpaꝛ. tn̄ his qui in
tus eſt renouatur de die in diem. Id enim quod in preſenti eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

momētaneum ⁊ leue tribulatōis noſtre. ſupra modum in ſubli-
mitate eternum glorie pondꝰ operaꝛ in nobis. nō cōtemplātibꝰ
nobis q̄ videnꝛ ſed que nō videnꝛ. Que eñ videnꝛ tēporalia ſunt
que autem nō videnꝛ eterna ſunt Ca. v.

SCimꝰ eñ qm̄ ſi terreſtris domꝰ noſtra huiꝰ habitatiōis diſ-
ſoluaꝛ. ꝙ edificationem ex deo habemꝰ domum nō manufa-
ctam ſꝫ eternam ī celis. Nam ⁊ in hoc ingemiſcimꝰ habitationē
nr̄ām que de celo ē ſuꝑinduī cupiētes. ſi tamē veſtiti ⁊ nō nudi i
ueniamur. Nam ⁊ qui ſumꝰ in hoc tabernaculo īgemiſcimꝰ gra-
uati. i. eo ꝙ nolumꝰ expoliari ſꝫ ſuꝑueſtiri vt abſorbeaꝛ qḋ mor-
tale ē a vita. Qui autem efficit nos ī hoc ipm̄ deꝰ. qui dedit nob
pignꝰ ſpūs. Audiētes igiꝛ ſemꝑ ⁊ ſcientes. quoniam dum ſumꝰ
in hoc corpore. peregrinamur a dn̄o. Per fidem eñ ambulemꝰ ⁊
nō per ſpem. Audemꝰ autem ⁊ bonam volūtatem habemꝰ magis
peregrinari a corꝑe ⁊ pn̄tes eſſe ad dominū. ⁊ ideo cōtendimꝰ ſi-
ue abſentes ſiue pn̄tes placere illi. Omnes eñ nos manifeſtari
oportet añ tribunal xp̄i. vt referat vnuſquiſqꝫ ꝓpria corꝑis pro-
ut geſſit. ſiue bonum ſiue malum. Sciētes ergo timorem dn̄i ho
minibꝰ ſuademꝰ. deo autem manifeſti ſumꝰ Spero autēꝫ ⁊ in cō
ſciētijs veſtris manifeſtos nos eſſe. Nō iterum cōmendamꝰ nos
vobis. ſꝫ occaſionē damꝰ vobis glorificādi ꝓ nobis. vt habeatis
ad eos q̇ in facie gloriātur ⁊ nō in corde. Siue eñ mente excedi
mꝰ deo. ſiue ſobrij ſumꝰ vobis. Charitas eñ xp̄i vrget nos exiſti-
mātes hoc. qm̄ ſi vnꝰ pro omnibꝰ mortuus eſt chriſtꝰ. ergo om-
nes mortui ſunt. Et ꝓ omnibꝰ mortuus eſt chriſtꝰ. vt ⁊ qui vi-
uūt iam nō ſibi viuāt. ſed ei qui pro ipſis mortuꝰ eſt ⁊ reſurrexit
Itaqꝫ nos ex hoc neminem nouimꝰ ſcḋm carnem. Etſi cognoui
mus ſcḋm carnem chriſtum. ſed nūc iam nō nouimus. Siqua
ergo in xp̄o noua creatura eſt vetera trāſierunt. ⁊ ecce facta ſunt
omnia noua. Omnia autem ex deo qui nos reconciliauit ſibi per
chriſtum. ⁊ dedit nobis miſterium recōciliationis. Qm̄ quidem
deꝰ erat in xp̄o mūdum recōciliās ⁊ ſibi. nō reputās illis delicta
ipſorum ⁊ poſuit ī nobis ꝟbum reconciliatiōis. Pro xp̄o ergo le
gatione fun gimur tanqꝫ deo exhortāte per nos. Obſecramꝰ pro
chriſto recōciliamini deo. Eum qui nō nouerat pctm̄ pro nobis
pctm̄ fecit. vt nos efficeremur iuſticia dei ī ipſo Ca. vi

ADiuuātes autem exhortamur ne in vacuū grām dei recipia
tis. Ait enim. Tempore accepto exaudiui te. ⁊ in die ſalu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

tis adiuui te. Ecce nūc tempus acceptabile. ecce nunc dicit ſalu
tis. Nemini dātes vllam offenſionem. vt nō vituperetur mini
ſterium noſtrum. ſed ī omnibus exhibeamꝰ noſmetipſos. ſicut dei
miniſtros. In multa patiētia in tribulationibꝰ in neceſſitatibus
in anguſtijs ī plagis in carceribus ī ſeditionibus ī laboribus in
vigilijs ī ieiunijs ī caſtitate ī ſciētia in lōganimitate ī ſuauitate
in ſpū ſancto ī charitate nō ficta in verbo veritatis ī virtute dei
Per arma iuſticie a dextris ⁊ a ſiniſtris. Per gloriam ⁊ ignobili
tatem per infamiam ⁊ bonam famam. Ut ſeductores ⁊ veraces
ſicut q̄ igñti ⁊ ꝯgniti. Quaſi moriētes ⁊ ecce viuimꝰ vt caſtigati
et nō mortificati Quaſi triſtes ſemper autē gaudētes ſicut egen
tes. multos autē locupletātes. tanq̄ꝫ nihil habētes ⁊ omnia poſ
ſidētes. Os noſtrum patet ad vos o corinthij. cor noſtrum dila
tatum eſt. Nō anguſtiamini in nobis. anguſtiamini autem ī vi
ſceribꝰ veſtris. Eandem autem habētes remunerationem tanq̄ꝫ
filijs dico. dilatamī ⁊ vos. Nolite iugum ducere cum infideli-
bus. Que em̄ participatio iuſticie cum iniquitate. aut que ſocie
tas luci ad tenebras? Que autem cōuentio xp̄i ad belial? Aut q̄
pars fideli cum īfideli. Qui autem cōſenſus templo dei cum ido
lis. Uos em̄ eſtis templum dei viui. ſicut dicit deus. quoniam ī
habitabo in illis ⁊ inambulabo īter eos ⁊ ero illorum deus. ⁊ ipſi
erūt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum ⁊ ſepa-
mini dicit dominus. ⁊ immūdum ne tetigeritis. ⁊ ego recipam
vos ⁊ ero vobis in patrem. ⁊ vos eritis mihi ī filios ⁊ filias. di
cit dominꝰ omnipotēs Ca. vij

HAs ergo habētes promiſſiōes chariſſimi mūdemꝰ nos ab
omni inquinamēto carnis ⁊ ſpūs. perficiētes ſanctificatio
nem in timore dei. Capite nos. Neminem leſimus. neminē cor
rumpimus. neminem circūuenimꝰ. Nō ad cōdemnationem ve
ſtram dico. Predixi enim q̄ ī cordibus noſtris eſtis ad cōmori
endum ⁊ ad cōuiuēdum. Multa mihi fiducia eſt apud vos mꝉ
ta mihi gloriatio ꝓ vobis Repletus ſum cōſolatione. ſuperabū-
do gaudio ī omni tribulatiōe noſtra. Nam ⁊ cum veniſſemus ī
macedoniam. nullam requiem habuit caro noſtra ſed omneꝫ tri
bulationem paſſi ſumus Foris pugne intus timores. Sed qui
cōſolatur humiles cōſolatus eſt nos deus ī aduētu titi. Non ſo
lum autem ī aduentu eius. ſed etiam in cōſolatione qua cōſola-
tus eſt in vobis. referens nobis veſtrum deſiderium veſtrum fle

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

tum veſtram emulationem ꝓ me. ita vt magis gauderem. Quo
niam ⁊ ſi cōtriſtaui vos in epiſtola. non me penitet. Et ſi peni-
teret videns ꝙ epiſtola illa ⁊ ſi ad horam vos contriſtauit. nunc
gaudeo. nō quia cōtriſtati eſtis. ſed quia cōtriſtati eſtis ad peni-
tētiam. Cōtriſtati eñ eſtis ſcd͛m deum. vt in nullo detrimētum
patiamini ex nobis. Que eñ ſcd͛m deum triſticia eſt. penitētiaꝫ
in ſalutem ſtabilem operatur. ſeculi autem triſticia mortem ope
ratur. Ecce enim hocipſum ſcd͛m deum cōtriſtari vos quātam ī
vobis operatur ſollicitudinem. ſed defenſionem ſed indignatio-
nem ſed timorem ſed deſiderium ſed emulationem. ſed vindictā
In omnibꝰ exhibuiſtis vos tam incōtaminatos eſſe negocio. Igi
tur ⁊ ſi ſcripſi vobis nō propter eum qui fecit iniuriam. nec pro
pter eum qui paſſus eſt. ſed ad manifeſtādam ſollicitudinem no
ſtram quam habemꝰ pro vobis coram deo. Ideo cōſolati ſumus.
In cōſolatione autem noſtra abundātius magis gauiſi ſumꝰ ſu
per gaudio titi. quia refectꝰ eſt ſpiritus eiꝰ ab omnibus vobis Et
ſiquid apud illum de vobis gloriatus ſum. nō ſum cōfuſus ſꝫ ſi
cut omnia vobis ī veritate locuti ſumus. ita ⁊ gloriatio noſtra q̄
fuit ad titum veritas facta eſt. Et viſcera eius abundātius ī vo
bis ſunt. reminiſcētis omnium veſtrum obediētiam. quomodo
cum timore ⁊ tremore excepiſtis illum. Gaudeo. ꝙ in omnibꝰ cō
fido in vobis. Ca. viij

NOtam autem facimꝰ vobis fratres gratiam dei que data ē
in eccl̄ijs macedonie. ⁊ ꝙ ī multo experimēto tribulatōis abū
dātia gaudij ipſoꝝ fuit. ⁊ altiſſima paupertas eorum abūdauit in
diuitias ſimplicitatis eorum. Quia ſcd͛m virtutem teſtimonium
illis reddo. ⁊ ſupra virtutem volūtarij fuerūt. cum multa exhorta
tiōe obſecrātes nos gratiam ⁊ cōmunicationem miniſterij quod
fit ī ſanctos. Et nō ſicut ſperauimꝰ. ſed ſemetipſos dederūt. ꝑmū
dn̄o. deīde nobis ꝑ volūtatem dei. ita vt rogaremꝰ titum. vt quē
admodum cepit ita ꝑficiat ī vobis etiam grām iſtam. Sꝫ ſicut
in omnibꝰ abūdatis fide ⁊ ſermōe ⁊ ſcia ⁊ ī omni ſollicitudīe. iſu
per ⁊ charitate veſtra ī nos vt ⁊ ī hac gratia abūdetis. Nō quaſi
imperās dico. ſed ꝑ alioꝝ ſollicitudinem etiam veſtre charitatis
ingenium bonum comprobās. Scitis eñ grām dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i
qm̄ ꝓpter vos egenꝰ factus ē. cum eſſꝫ diues. vt illiꝰ inopia vos
diuites eſſetis. Et cōſilium ī hoc do Hoc eñ vobis vtile eſt q̇ nō
ſolū facē ſꝫ ⁊ velle cepiſtis ab āno ꝓore Nūc ꝟo ⁊ facto ꝑficite vt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

quemadmodum promptꝰ eſt animꝰ volūtatis. ita ſit ⁊ ꝑficiendi
ex eo qđ habetis. Si em̄ volūtas ꝓmpta eſt ſm̄ id qđ habet ac-
cepta eſt. nō ſm̄ id qđ nō habet. Nō em̄ vt alijs ſit remiſſio. vo
bis ateum tribulatio. ſꝫ ex equalitate in pn̄ti tp̄e vr̄a abundātia
illoꝝ inopiam ſuppleat. vt ⁊ illoꝝ abundātia vr̄e inopie ſit ſup-
plemētum. vt fiat equalitas ſicut ſcriptū eſt. Qui multum nō
abūdauit ⁊ q̇ modicum nō minorauit. Grās autem ago deo qui
dedit eādem ſolicitudinem ꝓ vobis ī corde titi. qm̄ exorationem
quidem ſuſcepit. ſꝫ cum ſolicitior eſſꝫ. ſua volūtate ꝓfectꝰ eſt ad
vos. Miſimꝰ etiam cum illo frēm noſtꝝ. cuiꝰ laus eſt in euāge-
lio ꝑ om̄es eccl̄ias. Nō ſolum autem. ſꝫ ⁊ ordinatꝰ eſt ab eccleſijs
comes peregrinatiōis noſtre ī hāc grām que miſtrat̄ a nobis ad
dn̄i gloriam. ⁊ deſtinatā volūtatem nr̄ām. Deuitātes hoc. ne q̇s
nos vitupet in hac plenitudīe. que miſtrat̄ a nobis ī dei gloriam
Prouidemꝰ em̄ bona nō ſolum coram deo. ſꝫ etiam coram hoībꝰ
Miſimꝰ autem cum illis ⁊ frēm noſtꝝ quem ꝓbauimꝰ in mul-
tis ſepe ſollicitum eſſe. nūc autem multo ſolicitiorem cōfidentia
multa ī vobis. ſiue ꝓ tito qui eſt ſociꝰ meus ⁊ ī vobis adiutor. ſi
ue frēs nr̄i apoſtoli eccleſiaꝝ gl'ie xp̄i. Oſtēſionem ergo q̄ eſt cha
ritatis veſtre ⁊ noſtre glorie ꝓ vobis. in illos oſtēdite in faciem
eccleſiarum Ca. ix.

NAm de miſterio qđ fit in ſanctos. ex abundāti eſt mihi ſcri
bere vobis. Scio em̄ ꝓmptum aīm veſtꝝ ꝓ quo de vobis
glorior apud macedones. qm̄ ⁊ achaia parata eſt ab āno p̄terito.
et veſtra emulatio ꝓuocauit plurimos. Miſimꝰ autem frēs vt
ne qđ gloriamur de vobis euacuet̄ in hac ꝑte. vt quemadmoduꝫ
dixi parati ſitis ne cuꝫ venerit macedones mecum. īuenerit vos
imparatos. erubeſcamus nos. vt non dicamꝰ vos in hac ſubſtan
tia. Neceſſariū ergo exiſtimaui rogare frēs vt p̄ueniāt ad vos.
et p̄parēt repromiſſam benedictionē hāc paratā eſſe ſic quaſi bn̄
dcōem. nō quaſi auariciam. Hoc autem dico. Qui parce ſemi-
nat parce ⁊ metet. ⁊ qui ſemiat in benedcōnibꝰ de bn̄dcōnibus ⁊
metet. Unuſquiſqꝫ ꝓut deſtinauit ī corde ſuo. nō ex triſticia aut
ex neceſſitate. Hilarem aūt datorem diligit deꝰ. Potēs eſt autē
deꝰ omnem grām abūdare facere in vobis. vt in omnibꝰ ſemper
oēm ſufficiētiam habētes abūdetis in omne opꝰ bonū. ſicut ſcri-
ptum eſt Diſperſit dedit pauperibꝰ iuſticia eiꝰ manet in ſeculum
ſeculi. Qui autem ammiſtrat ſemē ſeminānti. ⁊ panem ad man-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

ducandum preſtabit. Et multiplicabit ſemen veeſtrum. Et au
gebit incrementa frugum iuſticie veſtre. vt in omnibus locu-
pletati abūdetis in oēm ſimplicitatē. q̄ opatur ꝑ nos grāꝝ actio
nē deo. Quoniam miniſteriū huiꝰ officij non ſolū ſupplet ea que deſūt
ſanctis. ſꝫ etiā abundat ꝑ multas grāꝝ actiones in domino ꝑ p-
bationē miniſterij huius. glificantes deū in obediētia ꝯfeſſionis
veſtre in euāgelio xp̄i. ⁊ ſimplicitate ꝯicatōnis vr̄e in illos ⁊ in
oīs. ⁊ in ipoꝝ obſecratōe ꝓ vobis. deſiderantiū vos ꝓpter emi-
nentem grām dei in vobis. Gratias ago deo ſuper inenarrabili
dono eius.

IPſe aūt ego Paulus obſecro vos ꝑ manſuetudinē ⁊ mo-
deſtiā xp̄i. q̄ in facie q̇dem humilis ſuꝫ inter vos abſens au
tem ꝯfido in vobis. Rogo āt vos ne preſens audeam ꝑ eā ꝯfidē
tiā qua exiſtimor audere in quoſdā. q̇ arbitrantur vos tanq̄ꝫ ſm
carnē ambulemꝰ. In carne em̄ ambulantes. nō ſm carnē milita
mus. Nā arma militie noſtre nō carnalia ſed potētia dei ad de-
ſtructionē munitionū. ꝯſilia deſtruētes ⁊ om̄eꝫ altitudinē extol
lentē ſe aduerſus ſciētiā dei ⁊ ī captiuitatē redigētes omnē intel
lectum in obſequium xp̄i. et in ꝓmptu habētes vlciſci omnē in
obediētiā. cū inpleta fuerit veſtra obediētia. Que ſm faciē ſunt
videte. Si q̇s confidit ſibi xp̄i ſe ēe. hoc cogitet iteꝝ apud ſe. q̇a
ſicut ipſe xp̄i eſt ita et nos. Nam et ſi amplius aliquid gliatus
fuero de ptāte noſtra quā dedit nobis dn̄s ī edificatiōem et nō in
deſtructiōem veſtram. nō erubeſcā. Ut autē nō exiſtimer tanq̄ꝫ
t̄rere vos per epl'as. qm̄ quidem epl'e inquiūt graues ſunt ⁊ for-
tes. pn̄tia autē corporis infirma. et ſermo contemptibil'. hoc co
gitet qui eiuſmōi eſt. quia quales ſumus verbo per epl'as abſen-
tes. tales et pn̄tes in facto Nō enī audemus inſerere aut compa
rare nos quibuſdam qui ſeipſos cōmēdāt. ſed ipſi in nobis noſ-
metipſos metiētes. et cōꝑantes noſmetipſos nobis. Nos autē
nō in immēſum gloriabimur. ſed ſecūdum menſurā regule qua
menſus eſt nobis deus mēſuram ꝑtingēdi vſq̄ꝫ ad vos. Nō eīm
quaſi nō ꝑtingentes ad vos ſuperextendētes nos. Uſq̄ꝫ ad vos
enim peruenimus in euāgelio criſti. nō in immēſum gloriātes ī
alienis laboribus. Spem aūt hn̄tes creſcentis fidei veſtre in vo
bis magnificari ſm regulā noſtrā abūdātia. etiā ī illa que vltra
vos ſunt euangelizare. nō in aliena regl'a in his q̄ preparata ſūt
gloriari. Qui aūt gloriatur in domino glorietur. Non em̄ qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

ſeipm̄ cōmendat ille probatꝰ eſt. ſʒ quē deꝰ cōmendat.
Utinā ſuſtineretis modicū q̇d inſipientie mee. ſʒ τ ſuppor-
tate me. Emulor enim vos dei emulatōe. deſpondi em̄ vos
vni viro virginē caſtā exhibere xp̄o. Timeo āt ne ſicut ſpens ſe-
duxit euā aſtutia. ita corrūpātur ſenſus veſtri. τ excidāt a ſimpli
citate q̄ eſt in xp̄o. Nā ſi is q̇ venit. aliū xp̄m p̄dicat. quē nō p̄di
cauimꝰ. aut aliū ſpm̄ accipitis quē nō accepiſtꝫ. aut aliđ euāge-
liū qđ nō recepiſtꝫ. recte pateremini. Exiſtimo em̄ nihil me mi-
nus feciſſe Nā τ ſi imperitꝰ ſmōe. ſʒ nō ſcia. In oīubꝰ aūt ma
nifeſtꝰ ſum vob Aut nūquid peccatū feci meipm̄ humilians. vt
vos exaltemi: Qm̄ gratꝫ euāgelium dei euāgelizaui vobis. alias
eccleſias expoliaui accipiēs ſtipēdia ad miſteriū veſtrū. τ cū eēʒ
apud vos τ egerem. nulli oneroſus fui. Nā qđ mihi deerat ſup
pleuerūt fratres. q̇ venerūt a macedonia. τ in oīmibus ſine onere
me vob ſeruaui τ ſeruabo . Eſt veritas xp̄i in me. quoniam hec
gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaie. Quare:
Quia non diligo vos. Deus ſcit. Quod autem facio et faciam.
vt amputem occaſionem eorum . qui volunt occaſionem . vt in
quo gloriantur inueniantur ſicut τ nos. Nam eiuſmodi pſeudo
apoſtoli ſunt op̄arij ſubdoli. tranſfigurantes ſe in apl'os xp̄i. Et
non mirū. Ip̄e em̄ ſathanas trāſfigurat ſe in angelū lucis . Nō
eſt eſt ergo magnū ſi miſtri eius tranſfigurentur. velut miniſtri
iuſticie quoꝝ finis erit ſm̄ op̄a ip̄oꝝ. Iteꝝ dico. ne quis me pu-
tet iuſipientē. Alioq̄n velut inſipiētem accipite me. vt τ ego mo
dicū q̇d glorier. Qđ loquor. non loquor ſm̄ deū. ſʒ quaſi in inſi
pientia. in hac ſubſtātia glīe. Qm̄ multi glōriātur ſm̄ carnem.
τ ego gloriabor. Libenter em̄ ſuffertis inſipientes. cū ſitis ip̄i ſa
pientes. Suſtinetis em̄ ſi quis vos in ſeruitutē redigit. ſi q̄s de
uorat. ſi quis accipit. ſi quis extollitur. ſi quis in faciem vos ce-
dit. Scđm ignobilitatem dico. quaſi nos infirmi fuerimus in
hac parte in quo quis audet. in inſipiētia dico audeo τ ego. He-
brei ſūt τ ego. Iſrahelite ſunt τ ego. ſemen abrae ſunt τ ego Mi
niſtri xp̄i ſunt τ ego. Ut minus ſapiens dico. plus ego. In labo
ribus plurimis in carceribꝰ abundātius. in plagis ſupra moduʒ
in mortibus frequenter . A iudeis q̄nquies quadragenas. vna
minus accepi Ter virgis ceſus ſum. ſemel lapidatꝰ ſum. ter nau
fragium feci. Nocte τ die in profundum maris fui. In itinerib

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

bus ſepe periculis fluminum periculis. latronum periculis. ex ge
nere. periculis ex gentibus piculis in ciuitate. periculis in ſolitu
dine periculis in mari. periculis in falſis fratribus. In labo-
re eterūna. in vigilijs multis. In fame et ſiti in ieiunijs multis
In frigore ⁊ nuditate. preter illa que extrinſecus ſunt. inſtantia
mea q̄tidiana ſollicitudo omniū eccleſiarū. Quis infirmat̃. ⁊ ego
non infirmor? Quis ſcandalizatur. ⁊ ego non vror? Si gloria-
ri oportet. que infirmitatis mee ſunt gloriabor. Deus ⁊ pater do
mini noſtri Jeſu chriſti ſcit. qui eſt benedictus in ſecula. q̄ non
mentior. Damaſci prepoſitus gentis arethe regis cuſtodiebat ci
uitatem damaſcinorum. vt me comprehenderet ⁊ per feneſtram
in ſporta dimiſſus ſum per murum. ⁊ ſic effugi manus eius.

Capitulū. xij.

SI gloriari oportet non expedit quidem. Ueniam autem
ad viſiones ⁊ reuelationes domini. Scio hoīez in xp̄o an̄
annos quattuordecim ſiue in corpore ſiue extra corpus neſcio.
Deus ſcit. raptum huiuſmodi vſq; ad tercium celum. Et ſcio
huiuſmodi hominem ſiue in corpore ſiue extra corpus neſcio. de
us ſcit. quomodo raptus eſt in paradiſum. et audiuit archana
verba. que non licet homini loqui. Pro huiuſmodi gloriabor.
pro me autem nichil niſi in infirmitatibus meis Nam ⁊ ſi volue
ro gloriari. non ero inſipiens. Ueritatem enim dicam. Parco
autem ne quis me exiſtimet ſupra id quad videt in me. Aut au-
dit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationum extollat me.
Datus eſt mihi ſtimulus carnis mee angelus ſathane. vt me co-
laphizet. Propter quod ter dominum rogaui: vt diſcederet a
me: ⁊ dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in in-
firmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatib⁹
meis. vt inhabitet in me virtus chriſti Propter quod placeo mi
hi in infirmitatibus meis. in contumelijs. in neceſſitatibus. in
perſecutionibus. in anguſtijs pro chriſto. Cum enim infirmor.
tunc potens ſum. Factus ſum inſipiens. vos me coegiſtis. Ego
enim a vobis debui commendari. Nihil enim minus feci ab his
qui ſunt ſupra modum apoſtoſtol. Tam et ſi nichil ſum. ſigna
tamen apoſtolatus mei rtu ſunt uper vos in omni patiētia
ſignis. ⁊ prodigijs. ⁊ virtutibus Quid eſt enim quod mi-
nus habuiſtis pre ceteris eccleſijs. niſi quod ego ipſe nō grauaui

nō grauaui vos? Donate mihi hāc iniuriā. Ecce tercio hoc parat⁹
ſum venire ad vos ꝛ non ero grauis vobis. Nō em̄ q̄ro q̄ veſtra
ſunt ſed vos. Nec em̄ debent filij parentib⁹ thezaurizare. ſed pa
rentes filijs. Ego aūt libentiſſime impendā ꝛ ſupimpendar ego
ip̄e pro aīb⁹ veſtris licet plus vos diligēs. min⁹ diligar. Sʒ eſto
Ego vos nō grauaui. ſʒ cū eſſem aſtutus dolo vos cepi. Nunq̇d
p aliquē eoꝝ quos miſi ad vos circūueni vos? Rogaui titū ꝛ mi
ſi cū illo fratrē. Nunq̇d titus vos circūuenit? Nōne eodē ſpiri
tu ambulauim⁹? Nonne eiſdē veſtigijs? Olim putatis ꝙ excu-
ſemus nos apud vos? Corā deo in xp̄o loq̄mur. Om̄ia em̄ cariſ-
ſimi propt̄ edificatōez vrām. Timeo em̄ ne forte cū venero. nō
quales volo inueniā vos ꝛ ego inueniar a vobis q̄lem nō vultis
ne forte ↄtentōes emulatōes animoſitates diſſenſiones detractio
nes ſuſuratōes inflationes ſeditōes ſint inter vos. Ne iterū cūʒ
venero humiliet me d̄s apd̄ vos. ꝛ lugeā multos ex his q̄ an̄ pec
cauerūt ꝛ nō egerūt pn̄iam ſup immundicia ꝛ fornicatiōe ꝛ im-
pudicicia quā geſſerunt xiij.

Ecce tercio hoc venio ad vos. vt in ore duoꝝ vel triū teſti-
um ſtabit om̄e verbū. Predixi em̄ ꝛ p̄dico. vt preſens vob̄
ꝛ nūc abſens his q̇ ante peccauerunt ꝛ ceteris oībus. qm̄ ſi vene
ro iteꝝ nō parcā. An experimentū q̄rit̄ ei⁹ q̇ in me loq̄tur xp̄us
Qui in vobis nō infirmat̄. ſʒ potens eſt in vobis. Nā ꝛ ſi cruci
fix⁹ eſt ex infirmitate. ſʒ viuit ex veritate dei. Naʒ ꝛ nos infirmi
ſumus in illo. ſed viuem⁹ cū eo ex virtute dei in nobis Uos met
ip̄os temptate. non eſtis in fide. ip̄i vos ꝓbate. An non cogno-
citis voſmetip̄os. q꞉ xp̄us ieſus in vobis eſt. Niſi forte reprobi
eſtis. Spero aūt ꝙ cognoſcitis. q꞉ nos non ſum⁹ reprobi. Ora
mus autē deū vt nihil mali faciatis. non vt nos ꝓbati paream⁹
ſed vt vos qd̄ bonū eſt facitis. Nos autē vt reprobi ſim⁹. Non
poſſumus em̄ aliq̇d aduerſus veritatē. ſʒ p veritate. Gaudem⁹
em̄ qm̄ nos infirmi ſum⁹. vos autē potentes eſt̄. Hoc ꝛ oram⁹
veſtrā ↄſūmationē. Ideo em̄ hec abſens ſcribo. vt nō preſens du
ri⁹ agā ſm ptātem quā domin⁹ dedit mihi in edificatōem ꝛ non
ī deſtructionē. De cetero fratres gaudete pfecti eſtote. exhortami
ni. idem ſapite. Pacem habete. ꝛ de⁹ pac̄ ꝛ dilectōis erit vobiſ-
cum. Salutate inuicē in oſculo ſancto. Salutant vos omnes
ſācti. Gr̄a dn̄i noſtri ieſu xp̄i ꝛ charitas dei ꝛ cōmunicatio ſp̄ūs
ſancti ſit cū omnib⁹ vobis. Amen.

Explicit epl'a pauli ad Corinthios ſecūda
Incipit Argumentū in epl'a ad Galathas

GAlathe ſunt greci. Hi verbū veritatis primū ab apl'o ac-
ceperūt. ſꝫ poſt diceſſum eius temptati ſunt a falſis apl'is
vt in legē ꝛ circūciſionē verterētur. Hos apl's reuocat ad fidem
veritatis: ſcribens eis ab epheſo.

Explicit argumentū. Incipit epl'a pau
li ad Galathas. Caplm pmū.

PAulus apoſtolus nō ab hoib' neqꝫ p hoiem .ſꝫ
p ieſum xpm ꝛ deū patrē q̄ ſuſcitauit eū a mor-
tuis. ꝛ q̄ mecū ſunt oms fratres eccl'iis galathie
Gratia vob' ꝛ pax a deo prē nr̄o ꝛ dn̄o ieſu xpo q̄
dedit ſemetipm pro pctis noſtris. vt eripet nos
de pn̄ti ſecl'o nequā ſm voluntatē dei ꝛ pris no
ſtri. cui eſt gl'ia in ſcl'a ſcl'oꝝ amē Miror q͞ ſic tā cito trāſferemī
ab eo q̄ vos vocauit in grām xpi in aliud euangeliū. qd' nō eſt ali
ud niſi ſunt aliq̄ qui vos ꝯturbāt. ꝛ volūt ꝯuertere euangelium
xpi. Sꝫ licet nos aut angelus de celo euangelizet vob' preterquā
qd' euāgelizauim' vobis anathema ſit. Sicut p̄dixim' ꝛ iterū di
co. ſi q̇s vobis euāgelizauerit. p̄ter id qd' accepiſtꝫ .anathema ſit
Modo em̄ hominibus ſuadeo. an deo? An quero hominibus placere
Si adhuc hoibus placerē. xpi ſeruus nō eſſem. Notū em̄ vobis
facio fratres euangeliū qd' euangelizatū eſt a me. quia nō eſt ſm
hoiem. Neqꝫ em̄ ego ab hoie accepi illud neqꝫ didici: ſꝫ per reue
lationē ieſu xpi. Audiſtis em̄ ꝯuerſationē meā aliquando in iu-
daiſmo. qm̄ ſupra modū perſequebar eccl'iam dei. ꝛ expugnabaꝫ
illā. ꝛ proficiebā in iodaiſmo ſupra multos coetaneos meos ī ge
nere meo. abundantius emulator exiſtens paternarū meaꝝ tra-
ditionū. Cum autem placuit ei qui me ſegregauit ex vtero mris
mee. ꝛ vocauit per gratiam ſuam. vt reuelaret filiū ſuum in me.
vt euangelizarem illum in gentibus. continuo non acquieui car
ni ꝛ ſanguini. neqꝫ veni hieroſolymā ad anteceſſores meos apo-
ſtolos. ſed abii in Arabiam. ꝛ iterum reuerſus ſum damaſcum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

Deinde poſt annos tres veni hieroſolymā videre petrū. ⁊ manſi
apud eū diebus quindecim. Aliū autē apoſtoloꝝ vidi neminē
niſi iacobū frēm dn̄i. Que āt ſcribo vob: ecce corā deo: qꝛ nō mē
tior. Deinde veni in ꝑtes ſyrie ⁊ cilicie. Eram autē ignot⁹ facie
eccleſijs iudee. q̄ erant in xp̄o. Tm̄ aūt auditū hēbant. qm̄ q̄ ꝑſeq̄
batur nos aliquā do. nūc euāgelizat fidē quā aliqando expugna-
bat. ⁊ in me clarificabāt deū

ij

D Einde poſt annos q̄ttuordecim iterū aſcendi hieroſolymā
cū barnaba. aſſumpto ⁊ tito. Aſcendi aūt ſm̄ reuelationē
⁊ ꝯtuli cū illis euangeliū qđ p̄dico in gentib⁹. Seorſum autem
his qui videbātur aliq̄d eſſe. ne forte in vacuū currerē aut cucur-
riſſem. Sꝫ neqꝫ Titus q̄ mecū erat. cū eſſet gentilis cōpulſus ē
circūcidi. ſed propt̄ ſubīītroductos falſos fratres qui ſibi ītroie-
rūt explorare libertatē noſtrā quā habem⁹ in xp̄o ieſu. vt nos in
ſ̄uitutē redigerent. Quibus neqꝫ ad horam ceſſimus ſubiectio-
ni. vt veritas euāgelij ꝑmaneat apud vos. Ab his aūt qui vide-
bātur eſſe aliquid quales aliquā do fuerint nihil mea intereſt. de-
us em̄ ꝑſonā hoīs nō accipit. Mihi em̄ qui videbātur eſſe aliq̄d
nihil ꝯtulerūt ſed econtra Cum vidiſſent ꝙ creditū eſt mihi euā
geliū preputij. ſicut ⁊ petro circūciſionis qui em̄ oꝑatus ē petro
in apoſtolatū circūciſionis oꝑatus eſt ⁊ mihi int̄ gentes. ⁊ cū co-
gnouiſſent grām que data eſt mihi. iacob⁹ ⁊ cephas ⁊ ioannes; q̄
videbant̄ columne eſſe. dextras dederunt mihi ⁊ barnabe ſocieta-
tis. vt nos in gentes. ipi aūt in circūciſionē tm̄. vt pauperū me-
mores eſſemus; Qđ etiā ſollicitus fui hoc ipm facere. Cum aūt
veniſſet petrus antiochiā in faciem ei reſtiti. quia rep̄henſibilis
erat. Prius enim q̄ꝫ venirent quidam ab iacobo cum gentibus
edebat. Cum autem veniſſent detrahebat ⁊ ſegregabat ſe. timēs
eos qui ex circūciſione erant. Et ſimulationi eius conſenſerunt
ceteri iudei. ita vt ⁊ barnabas duceretur ab eis in illam ſimula-
tionem. Sed cum vidiſſem ꝙ non recte ambularent ad verita-
tem euāgelij. dixi cephe coram om̄ibus. Si tu cum iudeus ſis.
gentiliter viuis ⁊ non iudaice. quomodo gentes cogis iudaizare
Nos natura iudei ⁊ non ex gentibus peccatores. Scientes autē
ꝙ non iuſtificatur homo ex operibus legis. niſi per fidē ieſu xp̄i
⁊ nos in Jeſu credimus vt iuſtificemur ex fide xp̄i. ⁊ non ex ope-
ribus legis. Propter quod ex operibus legis non iuſtificabitur
omnis caro. ꝙ ſi querentes iuſtificare in xp̄o inuenti ſumus ⁊ ip-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

ſi peccatores. nunquid xp̄us peccati miniſter eſt: Abſit. Si em̄
que deſtruxi iterum. hec reedifico. preuaricatorem me conſtituo.
Ego em̄ per legem legi mortuus ſum. vt deo viuam. xp̄o confix
us ſum cruci. Uiuo autem iam non ego. viuit vero in me xp̄us.
ꝙ autem nunc viuo in carne. in fide viuo filij dei. qui dilexit me.
⁊ tradidit ſeipm̄ pro me: Non abijcio gratiam dei. Si enim per
legem iuſticia. ergo gratis xp̄us mortuus eſt iij

INſenſati galathe quis vos faſcinauit non obedire verita-
ti: Ante quorum oculos xp̄us ieſus proſcriptus eſt. ⁊ in
vobis crucifixus. Hoc ſolum a vobis volo diſcere ex operibus le-
gis ſpiritum accepiſtis. an ex auditu fidei: Sic ſtulti eſtis. vt
cum ſpiritu ceperitis. nunc carne conſūmamini Tanta paſſi eſtis
ſine cauſa. ſi tamen ſine cauſa. Qui ergo tribuit vobis ſpiritum
⁊ operatur virtutes in vobis. ex operibus legis: an ex auditu fi-
dei. Sicut ſcriptum eſt. abraham credidit deo. ⁊ reputatum eſt
illi ad iuſticiam. Cognoſcite ergo. quia qui ex fide ſunt. hi ſunt
filij abrae. Prouidens autem ſcriptura. quia ex fide iuſtificat gē-
tes deus. preuunciauit abrahe. quia benedicentur in te omnes
gentes. Igitur qui ex fide ſunt benedicentur cum fideli abrahā.
Quicūqꝫ ex operibus legis ſunt: ſub maledicto ſunt. Scriptuꝫ
eſt enim: Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus
que ſcripta ſunt in libro legis. vt faciat ea. Quoniam autem in
lege nemo iuſtificatur apud deum Manifeſtum eſt. quia iuſtus
ex fide viuit. Lex autem non eſt ex fide. ſꝫ qui fecerit ea viuet ī il-
lis. xp̄us nos redemit de maledicto legis. factus pro nobis male-
dictum. quia ſcriptum eſt. Maledictus omnis qui pendet in li-
gno: vt in gentibus benedictio abrahe fieret in christo Jeſu. vt
pollicitactionem ſpiritus accipiamus per fidem. Fratres ſcd̄m
hominem dico. tamen hominis confirmatum teſtamentū nemo
ſpernit aut ſuperordinat. Abrahe dicte ſunt promiſſiones ⁊ ſe-
mini eius. Non dicit ⁊ ſeminibus quaſi in multis. ſed quaſi in
vno ⁊ ſemini tuo qui eſt xp̄s. Hoc autē dico teſtamentū confir-
matū a deo q̄ poſt quadringentos ⁊ triginta annos facta eſt lex.
nō irritū facit ad euacuandā ꝓmiſſionē. Nā ſi ex lege hereditas
iā nō ex ꝓmiſſiōe. Abrahe aūt ꝑ repromiſſioneꝫ donauit d̄s. q̄d
igit̄ lex: Propt̄ tranſgreſſionē poſita eſt. donec veniret ſemē cui
promiſerat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Media-
tor autem vnius non eſt. Deus autem vnus eſt. Lex ergo ad-

uerſus promiſſa dei? Abſit. Si em̄ data eſſet lex que poſſet viui-
ficare. vere ex lege eſſet iuſticia. Sȝ ꝯcluſit ſcͥptura oīa ſub pctō
ret ꝓmiſſio ex fide ieſu xp̄i daretur credentibꝰ. Prius aūt q̄ꝫ veni
vt fides: ſub lege cuſtodiebamur. ꝯcluſi in eā fidē que reuelan-
da erat. Itaqꝫ lex pedagogus noſter fuit in xp̄o. vt ex fide iuſtifi-
cemur. At vbi venit fides. iam non ſumus ſub pedagogo. Om
nes enim filij dei eſtis per fidem que eſt in xp̄o ieſu. Quicūqꝫ em̄
in xp̄o baptizati eſtis xp̄m induiſtis. Nō eſt iudeus neqꝫ grecꝰ.
non eſt ſeruus neqꝫ liber. non eſt maſculus neqꝫ femina. Omnes
enī vos vnū eſtis in xp̄o ieſu. Si autē vos xp̄i. ergo ſemen abrae
eſtis ſm̄ ꝓmiſſiōeȝ heredes. iiij
DIco autē quanto tempore heres paruulus eſt. nihil differt
a ſeruo. cum ſit dominus omniū. ſed ſub tutoribus ⁊ acto
ribus ē vſqꝫ ad p̄finitū tp̄s a patre. Ita ⁊ nos cū eſſemus paruu
li ſub elementis mundi huius eramꝰ ſuientes. At vbi venit ple
nitudo tp̄is miſit deꝰ filiū ſuū factū ex muliere factū ſub lege. vt
eos q̇ ſub lege erāt redimeret. vt adoptionē filioꝝ reciperemus.
Qui autem eſtis filij dei. miſit deus ſpm̄ filij ſui in corda vr̄a cla
mantē. abba pater. Itaqꝫ iā non eſt ſuus ſed filius. ꝙ ſi. filius ⁊
heres per deū. Sȝ tunc quidaȝ ignorantes deum his qui natura
non ſunt dij ſeruiebatis. Nūc āt cū ꝯgnoueritis deū imo ꝯgniti
ſitis a deo quō ꝯuertimini iteꝝ ad infirma ⁊ egena elementa qui
bus denuo ſuire vultis? Dies obſuatis ⁊ menſes ⁊ tempora ⁊ an
nos. Timeo vos. ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis. Eſto
te ſicut ego. quia ⁊ ego ſicut vos. Fratres obſecro vos. nihil me
leſiſtis. Scitis autem quia per infirmitatē carnis euangelizaui
vobis iam pridem. ⁊ temptationem veſtram in carne non ſpre-
uiſtis. ſed ſicut angelum dei excepiſtis me ſicut xp̄m ieſum. Ubi
eſt ergo beatitudo veſtra? Teſtimoniū em̄ perhibeo vobis. quia ſi
fieri poſſet oculos veſtros eruiſſetis ⁊ dediſſetis mihi. Ergo ini-
micus vobis factus ſum verum dicens vobis? Emulantur vos
non bene. ſed excludere vos volunt: vt illos emulemini. Bonuȝ
autem emulamini in bono ſemper. ⁊ non tantum cum preſens
ſum apud vos. Filioli mei quos iterum parturio. donec formet
xp̄us in vobis. Uellem autem eſſe apd̓ vos mō ⁊ mutare vocem
meā qm̄ nō ꝯfundor ī vob̄. Dicite mihi q̇ ſub lege vultꝭ eſſe. Le
gem nō legiſtis? Scriptū eſt em̄ qm̄ abraam duos filios habuit
vnū de ancilla. ⁊ vnū de libera. Sȝ is q̇ de ancilla ſcd̓m carnem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

natꝰ eſt. qui autem de libera per repromiſſionem. Que ſunt ꝑ al-
legoriam dcā. Hec enim ſunt duo teſtamēta. Unum quidem ī
mōte ſyna ī ſeruitutem generās que eſt agar. Syna em̄ mōs eſt
in arabia. qui ꝯiunctꝰ eſt ei. que nūc eſt hirl'm. ⁊ ſeruit cum filijs
ſuis. Illa autem que ſurſum eſt hieruſalem. libera eſt. que ē ma-
ter noſtra Scriptum eſt em̄. Letare ſterilis que nō paris. erum
pe ⁊ clama que nō parturis. quia multi filij deſerte magis q̄z eiꝰ
que habet virum. Nos autem fratres ſcd'm iſaac ꝓmiſſionis fi-
lij ſumus. Sed quomodo tūc is qui ſcd'm carnem natꝰ fuerat. ꝑ
ſequebať eum qui ſcd'm ſpūm. ita ⁊ nūc. Sz quid d't ſcriptura?
Eijce ancillam ⁊ filium eius Nō em̄ heres erit filiꝰ ancille cum
libere filio. Itaqz fratres nō ſumus ācille filij ſz libere. qua liber
tate xp̄s nos liberauit. ¶ Ca. v.

STate ⁊ nolite iterū iugo ſeruitutis cōtineri. Ecce ego pau
lus dico vobis q̄m ſi circumcidamī chriſtꝰ vobis nihil pro
derit. Teſtificor āt rurſus oī homī circumcidēti ſe. q̄m debitor
eſt vniuerſe legis faciēde. Euacuati eſtis a chriſto. Qui ī lege iu
ſtificamī a gr̄a excidiſtis. Nos em̄ ſpū ex fide ſpem iuſticie expe-
ctamꝰ. Nam in xp̄o ieſu neqz circumciſio aliquid valet neqz pre
pucium. ſed fides que per charitatem operať. Currebatis bene.
Quis vos faſcinauit veritati nō obedire. Nemini cōſenſeritis.
Perſuaſio hec nō eſt ex eo qui vocauit vos. Modicum fermen-
tum totam maſſam corrumpit Ego ꝯfido de vobis ī domino. ꝙ
nihil aliud ſapietis. Qui autem cōturbat vos. portabit iudiciū
quicūqz eſt ille. Ego autem fratres ſi circumciſionem adhuc pre
dico. quid adhuc perſecutionem patior Ergo euacuatum eſt ſcā
dalum crucis. Utinam abſcindātur qui vos cōturbāt Uos em̄
in libertatem. vocati eſtis fratres tātum. ne libertatem ī occaſio
nem detis carnis. ſed per charitatem ſpūs ſeruire inuicem. Om
nis em̄ lex in vno ſermone impleť. diliges proximum tuū ſicut
teipm̄. Q' ſi inuicem mordetis ⁊ comedetis videte ne ab inuicem
cōſummamī. Dico autē ī chriſto. Spū ambulate. ⁊ deſideria car
nis nō perficietis. Caro em̄ cōcupiſcit aduerſus ſpūm. ſpūs au-
tem aduerſus carnem. Hec em̄ ſibi īuicem aduerſanť. vt nō que
cūqz vultis illa faciatꝫ. Qꝫ ſi ſpū ducimī. nō eſtis ſub lege. Ma
nifeſta autem ſunt opera carnis. que ſunt fornicatio immūdicia
impudicitia luxuria. idolorum ſeruitꝰ veneficia inimicitie cōten
tiones. emulatiōes. ire. rixe. diſſenſiōes. ſecte. īuidie. homicidia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

ebrietates. cõmeſſationes. ⁊ his ſimilia. que predico vobis ſicut
predixi. quoniam qui talia agunt regnum dei non cõſequentur.
Fructus autem ſpũs eſt charitas gaudium pax patiẽtia benigni
tas bonitas lõganimitas manſuetudo fides modeſtia cõtinẽtia.
Aduerſus huiuſmodi nõ eſt lex. Qui autem ſunt xp̄i carnẽ ſuaꝫ
crucifixerũt cum vicijs ⁊ cõcupiſcẽtijs. Si ſpũ viuimꝰ. ſpũ am
bulemꝰ. Nõ efficiamur inanis glorie cupidi. inuicemꝰ prouocã-
tes. ĩuicem ĩuidẽtes   Ca. vi.

FRẽs ⁊ ſi p̄occupatꝰ fuerit hõ ĩ aliq̄ delicto. vos q̇ ſpiritales
eſtis huiõi ĩſtruite in ſpũ leuitatis. cõſiderãs teipſum. ne ⁊
tu tempteris. Alter alterꝰ onera portate. ⁊ ſic adimplebitis le-
gem xp̄i. Nam ſiquis exiſtimat ſe aliquid eſſe cum nihil ſit. ip ſe
ſe ſeducit. Opꝰ autem ſuum probet vnuſquiſqꝫ. ⁊ ſit ĩ ſemetip̄o
tãtum gloriam habebit. ⁊ nõ in altero. Unuſquiſqꝫ em̄ onus ſu
um portabit. Cõmunicet autem is qui cathetizat verbo ei. qui
ſe cathetizat ĩ omnibꝰ bonis. Nolite errare. deꝰ non irridet. Que
em̄ ſemiauerit homo. hec ⁊ metet. Quoniam qui ſemiat ĩ carne
ſua. de carne ⁊ metet corruptionem. qui autem ſemiat in ſpũ. de
ſpũ metet vitam eternam Bonum autem faciẽtes nõ deficiamꝰ.
tempore em̄ ſuo metemꝰ non deficiẽtes. Ergo dum tempꝰ habe-
mus. operemur bonum ad omnes. maxime auteꝫ ad domeſticos
fidei. Uidete qualibꝰ litteris ſcripſi vobis mea manu. Quicũqꝫ
em̄ volunt placere in carne. hi cogũt vos circumcidi. tãtum vt
crucis chriſti perſecutionem nõ patiãtur. Neqꝫ em̄ qui circum
cidũtur. legẽ cuſtodiũt. ſed volunt vos circumcidi. vt ĩ carne ve
ſtra gloriẽtur. Mihi autem abſit gloriari. niſi in cruce domini
noſtri ieſu chriſti. per quem mihi mundus crucifixus eſt. ⁊ ego
mundo. In ip̄o em̄ ieſu neqꝫ circũciſio aliquid valet neqꝫ pre-
pucium. ſed noua creatura. Et quicũqꝫ hãc regulam ſecuti fue-
rint. pax ſuper illos ⁊ miſericordia ⁊ ſuper iſrahel dei. De cetero
nemo mihi moleſtus ſit Ego em̄ ſtigmata dn̄i iħu ĩ corpore por
to. Gratia dn̄i nr̄i iħu xp̄i cum ſpũ veſtro frẽs amẽ

¶ Explicit epiſtola pauli ad galathas. Inci-
pit argumẽtum ĩ ep̄l'am ad epheſios.

EPheſij ſunt aſiani. Hi accepto ṽbo veritatis. perſtiterũt ĩ
fide. Hos collaudat apoſtolꝰ ſcribens eis a roma de carcere
per tychicum diaconem   ¶ Explicit argumẽtum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

Incipit epiſtola Pauli ad epheſios

Capitulum primum.

PAulus apoſtolus chriſti ihu per volūtatem dei
omnibus ſanctis qui ſunt epheſi ⁊ fidelibus in
chriſto ihu. Gratia vobis ⁊ pax a deo patre ve-
ſtro ⁊ domino ihu chriſto. Benedictus deus et
pater domini noſtri ihu chriſti. qui benedixit
nos in omni benedictione ſpirituali in celeſtibus in chriſto. ſicut
elegit nos in ip̄o ante mundi cōſtitutionem. vt eſſemus ſancti ⁊
immaculati in cōſpectu eius ī charitate. Qui predeſtinauit nos
in adoptionem filiorum. per ieſum chriſtum in ipſum ſcd̄m pro
poſitum volūtatis ſue in laudem glorie gratie ſue. in qua gratifi
cauit nos in dilecto filio ſuo. in quo habemꝰ redemptionem pec-
catorum ſcd̄m diuitias gratie eius. que ſuperabūdauit in nobis
in omni ſapientia ⁊ prudentia vt notum faceret nobis ſacramen
tum volūtatis ſue ſcd̄m beneplacitum eius. quod propoſuit ī eo
diſpenſatione plenitudinis temporum inſtaurare omnia ī chri
ſto que in celis. ⁊ que in terra ſunt in ip̄o. In quo etiam nos for
te vocati ſumꝰ predeſtinati ſcd̄m propoſitum eius. qui operatur
omnia ſcd̄m cōſilium voluntatis ſue vt ſimus in laudem glorie
eius nos qui ante ſperauimꝰ in chriſto. In quo ⁊ vos cum audiſ
ſetis verbum veritatis euāgelium ſalutis veſtre. in quo ⁊ creden
tes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto. qui eſt pignus here
ditatis noſtre in redemptionem acquiſitionis ī laudem glorie ip
ſius. Propterea ⁊ ego audiēs fidem veſtram. que eſt in chriſto ie
ſu: ⁊ dilectionem in omnes ſanctos. non ceſſo gratias agēs pro
vob. memoriam veſtri faciēs ī orōnibꝰ meis vt deꝰ dn̄i noſtri ihu
xp̄i pater glorie det vob ſpūm ſapīe ⁊ reuelatōis ī agnitionem eiꝰ
illumīatos oculos cordis veſtri vt ſciatis. que ſit vocatōis eiꝰ ⁊
q̄ diuitie glorie hereditatꝫ eiꝰ in ſcīs. ⁊ q̄ ſit ſpes ſuperueniēs ma
gnitudo v̄tutis eiꝰ in nos. qui credimꝰ ſ̄m operationem potētie
virtutis eiꝰ. quam operatꝰ eſt ī chriſto. ſuſcitās illum a mortuis
et ꝯſtituēs ad dexteram ſuam ī celeſtibꝰ ſupra oēm p̄ncipatum ⁊
poteſtatem ⁊ v̄tutem ⁊ dn̄atione. ⁊ omne nomē qd̄ noīat nō ſo-
lū in hoc ſeculo. ſꝫ etiā in futuro. ⁊ oīa ſubiecit ſub pedibꝰ eiꝰ Et
ip̄m dedit caput ſupra oēm ecc̄iam. q̄ eſt corpꝰ ipſius. ⁊ plenitu-
do eius. qui oīa in omnibꝰ adimplet. Ca. ij.

Et vos cum eſſetis mortui ī delictis ⁊ peccatis veſtris in q̄
bus aliquā do ambulaſtis ſcd̄m ſeculum mūdi huiꝰ. ſcd̄m
p̄ncipez poteſtatis aeris huiꝰ. ſpūs qui nūc operatur ī filios dif
fidētie. ī quibus ⁊ nos omnes aliquā do cōuerſati ſumus ī deſide
rijs carnis noſtre faciētes volūtatem carnis ⁊ cogitationum. et
eramꝰ natura filij ire ſicut ⁊ ceteri. Deꝰ autem qui diues eſt ī mi
ſericordia. ꝓpter nimiam charitatez ſuam qua dilexit nos. ⁊ cū
eſſemꝰ mortui peccatis cōuiuificauit nos in xp̄o. cuiꝰ gratia eſtis
ſaluati. ⁊ conreſuſcitauit. ⁊ cōſedere fecit celeſtibꝰ in xp̄o ieſu. vt
oſtenderet ī ſeculis ſuꝑuenietibus abundātes diuitias gr̄e ſue ī
bonitate ſuꝑ nos in xp̄o ieſu. Gratia em̄ eſtis ſaluati ꝑ fidem. et
hoc nō ex vobis. Dei em̄ donum eſt. nō ex operibꝰ. vt ne q̀s glo-
rietur. Ipſiꝰ em̄ ſumus factura creati ī chriſto ieſu ī operibus bo
nis. que preꝑauit deꝰ vt ī illis ambulemꝰ. Propter quod memo
res eſtote ꝙ aliquā do vos qui gentes eratis ī carne qui dicebami
ni preputium ab ea que dicit̄ circumciſio ī carne manufacta qui
eratis illo ī tempore ſine xp̄o alienati a cōuerſatione iſrl' ⁊ hoſpi
tes teſtamētorūz ꝓmiſſiōis ſpem nō habētes. ⁊ ſine deo ī hoc mū
do. Nūc autem ī xp̄o ieſu vos qui aliquando eratis longe. facti
eſtis ꝓpe ī ſanguīe xp̄i. Ipſe em̄ eſt pax noſtra qui fecit vtraqꝫ
vnum ⁊ medium parietem macerie ſoluens inimicicias in carne
ſua. legem mādatorum decretis euacuans vt duos condat in ſe
metipſum in vnum nouū hominem faciēs pacem. vt recōciliās
ambos ī vno corpore deo per crucem interficiēs inimicitias ī ſe
metipſo. ⁊ veniēs euāgelizauit pacem vobis qui longe fuiſtis ⁊
pacem his qui prope. q̄m per ip̄m habemꝰ acceſſum ambo ī vno
ſpū ad patrem. Ergo iam nō eſtis hoſpites ⁊ aduene ſed eſtis ci
ues ſanctorum ⁊ domeſtici dei ſuperedificati ſuper fundamen-
tum apoſtolorum ⁊ ꝓphetarum ipſo ſummo āgulari lapide xp̄o
ieſu. in quo omnis edificatio cōſtructa creſcit ī templum ſanctū
in domino In quo ⁊ vos coedificamini in habitaculum dei ī ſpi
ritu ſancto.

Ca. iij

Huiꝰ rei gratia ego paulꝰ vinctꝰ xp̄i ieſu pro vob gentibꝰ. ſi
tamē audiſtis diſpēſationem gratie dei que data eſt mihi ī
vob. quoniam ſm̄ reuelationem notum mihi factum ē ſacramē
tum ſicut ſupra ſcripſi in breui prout poteſtis legētes intelligi-
re prudētiam meam ī miniſterio xp̄i. qd̄ alijs generationibꝰ nō

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

eſt agnitũ filijs hoĩm. ſicuti nũc reuelatũ eſt ſanctis apl'is eius ⁊
prophetis in in ſpũ eſſe gentes coheredes ⁊ concorporales ⁊ com
ꝑticipes ꝓmiſſionis in xp̃o ieſu ꝑ euãgeliũ cuiꝰ factꝰ ſum ego mi
niſter ſm̃ donũ gr̃e dei que data ẽ mihi ſm̃ opatõeꝫ virtutis eius
Mihi enĩ oĩm ſctõꝝ mĩmo data eſt gr̃a hec in gentibꝰ euãgeliza
re inueſtigabiles diuitias xp̃i ⁊ illũiare oĩs q̃ ſit diſpẽſatio ſacra
mẽti abſcõditi aſeculis in deo q̃ oĩa creauit. vt innoteſcat pn̄cipi
bus ⁊ ptãtibꝰ in celeſtibꝰ ꝑ eccl'iam multiformis ſapĩa dei. ſm̃ p̃
finitõeꝫ ſcl'oꝝ quã fecit in xp̃o ieſu dño nr̃o. in q̃ hẽmꝰ fiduciã et
acceſſum in ꝯfidẽtia ꝑ fidẽ eꝰ. Propt̃ qd̓ peto ne deficiatis ĩ tribu
latõibꝰ meis ꝓ vob̃ q̃ ẽ gl'a vr̃a. Huiꝰ rei gr̃a flecto genua mea ad
patrẽ dñi nr̃i ieſu xp̃i. ex q̃ oĩs paternitas in cel' ⁊ in t̃ra noĩatur.
vt det vobis ſm̃ diuitias gl'ie ſue ꝟtutem. corroborari ꝑ ſpm̃ eiꝰ
in interiori hoĩe xp̃m hitare ꝑ fidẽ in cordibꝰ vr̃is in charitate ra
dicati ⁊ fundati. vt poſſitis ꝯphendẽ cũ oĩbꝰ ſctis. q̃ ſit latitudo
⁊ lõgitudo ⁊ ſublimitas ⁊ ꝓfundũ. Scire etiã ſupeminẽteꝫ ſcie
charitẽ xp̃i. vt impleamĩ in oẽm plenitudinẽ dei. Ei aũt q̃ potẽs
eſt oĩa facẽ ſupabũdãter q̃ꝫ petimꝰ aut intelligimꝰ ſm̃ ꝟtutẽ que
opat̃ in nob̃. ipi gl'ia in eccl'ia ⁊ in xp̃o ieſu in oẽs generatões ſcl'i
ſeculoꝝ amen. iiij.

Obſecro itaqꝫ vos ego vinctꝰ in dño vt digne ambuletꝫ vo
catõe qua vocati eſtis cũ oĩ hũilitate ⁊ mãſuetudine. cũ pa
cientia ſupportãtes inuicẽ in charitate. Sollicti ſuare vnitatẽ
ſpũs in vinculo pacis. Unũ corpꝰ ⁊ vnꝰ ſpũs. ſicut vocati eſtis
in vna ſpe vocatõis vr̃e. vnꝰ dñs ⁊ vna fides. vnũ baptiſma. vnꝰ
ds̃ ⁊ pater oĩm. q̃ ſup oẽs ⁊ ꝑ oĩa ⁊ in oĩbꝰ nobis. Unicuiqꝫ aũt
noſtrũ data ẽ gr̃a. ſm̃ mẽſurã donatõis xp̃i. Propt̃ quod ⁊ dicit
Aſcẽdẽs in altũ captiuã duxit captiuitatẽ. dedit dona hoĩbꝰ. ꝙ
aũt aſcẽdit q̃d eſt: niſi q꞉ ⁊ deſcẽdit. ip̃e eſt q̃ aſcẽdit ſup oĩes ce
los vt adimpleret oĩa. Et ip̃e dedit quoſdã q̃dẽ apl'os. q̃ſdã aũt ꝓ
phetas. alios ꝟo euãgeliſtas. alios aũt paſtores ⁊ doctores ad cõ
ſũmatõeꝫ ſctõꝝ in opꝰ miniſterij in edificatõeꝫ corꝑis xp̃i donec oc
curramus oĩs in vnitatẽ fidei ⁊ agnitõis filij dei in virũ ꝑfectũ
in mẽſura etatis plenitudinis xp̃i. vt iã nõ ſumꝰ ꝑuuli fluctuan-
tes ⁊ circũferamur oĩ vento doctrine in neq̃cia hoĩm in aſtutia
ad circũuentõeꝫ erroris. Ueritatẽ ãt faciẽtes in charitate creſca
mus in illo ꝑ oĩa q̃ ẽ caput xp̃us ex q̃ totũ corpꝰ cõpactũ ⁊ ꝯnexũ
ꝑ oẽm iuncturã ſummiſtratõis ſm̃ opatõem in menſurã vniuſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

cuiuſqꝫ mēbri augmētum corporis facit i edificacionē ſui i cha-
ritate. Hoc igitur dico ⁊ teſtificor in dn̄o. vt iam nō ambuletis
ſicut ⁊ gētes ambulabāt in vanitate ſenſus ſui tenebris obſcura-
tū habentes itellectū. alienati a vita dei per ignorātiā que eſt in
illis ꝓpter cecitatē cordis ipſorū qui deſpātes ſemetipſos tradi-
derūt impudicicie i operatiōem immūdicie omnis: in auariciā.
Uos autē nō ita didiciſtis xp̄m: ſi tamē illum audiſtis. ⁊ in ip-
ſo edocti eſtis. ſicut eſt veritas i iheſu Deponite vos ſm̄ priſtinā
cōuerſationē veterē hominē. qui corrūpitur ſm̄ deſideria erroris
Renouami autē ſpū mētis veſtre. ⁊ induite nouū hominē. qui
ſecūdū deū creatꝰ eſt i iuſticia ⁊ ſcītate veritatis. Propt̄ qd̄ depo-
nētes mēdaciū. loq̄mi veritatē vnuſquiſqꝫ cum ꝓximo ſuo. qm̄
ſumꝰ iuicē mēbra. Iraſcimi ⁊ nolite peccare. Sol non occidat
ſupra iracūdiam veſtram Nolite locū dare diabolo Qui furabat̄
iā non furetur. magis autē laboret operando manibꝰ ſuis qd̄ bo-
nū ē. vt habeat vnde tribuat neceſſitatē pacieti. Oīs ſermo ma-
lus ex ore veſtro nō procedat. ſꝫ ſi q̄s bonꝰ ad edificacionē fidei.
vt det gratiā audiētibus. Et nolite cōtriſtare ſpm̄ ſactū dei. in q̄
ſignati eſtis in die redemptiōis. Oīs amaritudo ⁊ ira ⁊ indig-
natio ⁊ clamor ⁊ blaſphemia tollatur a vobis cū omni malicia.
Eſtote aūt inuicē benigni miſericordes donātes inuicē. ſicut ⁊
deꝰ in xp̄o donauit vobis v

EStote ergo imitatores dei. ſicut filij cariſſimi. ⁊ ambula-
te in dilectione. ſicut ⁊ xp̄s dilexit nos. ⁊ tradidit ſemetip-
ſum pro nobis oblationē ⁊ hoſtiā deo in odorē ſuauitatis. Forni-
catio aūt ⁊ oīs immundicia aut auaricia nec nominet̄ in vob.
ſicut decet ſanctos. aut turpitudo aut ſtultiloquium aut ſcurrili-
tas que ad rem non pertinet. ſed magis gratiarū actio. Hoc eīm
ſcitote intelligentes: ꝙ omnis fornicator aut immūdus aut aua-
rus qd̄ eſt idolorū ſeruitus. non habet hereditatē in regno xp̄i et
dei Nemo vos ſeducat inanibus verbis. propter hec eīm vēit ira
dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici ꝑticipes eorum. Era-
tis eīm aliquando tenebre. nunc autem lux in domino Ut filij lu-
cis ambulate. Fructus eīm lucis eſt in omni bonitate ⁊ iuſticia ⁊
veritate. Probantes quid ſit beneplacitum deo. Et nolite com-
municare operibus infructuoſis tenebrarū. magis autem redar-
guite. Que enim in occulto fiunt ab ipis. turpe eſt ⁊ dicere. om-
nia autē que arguuntur a lumine manifeſtantur. Omne enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
151 D 10

quod manifeſtatur lumen eſt. Propter quod dicit. Surge qui
dormis. ⁊ exurge a mortuis. ⁊ illuminabit te xp̄us. Videte itaq̄
fratres quomodo caute ambuletis. non quaſi inſipientes. ſed vt
ſapientes. redimentes tempus. quoniā dies mali ſunt. Propte-
rea nolite fieri imprudentes. ſed intelligentes que ſit voluntas
dei. Et nolite inebriari vino. in quo eſt luxuria. ſed implemini ſpi-
ritu ſancto. loquentes vobiſmetipſis in pſalmis. hymnis. ⁊ can-
ticis ſpūalibus cantantes ⁊ pſallentes in cordibus veſtris domi
no. gratias agentes ſemper pro omnibus in nomine domini no-
ſtri Jeſu xp̄i deo ⁊ patri. Subiecti inuicē in timore xp̄i. Mulie-
res viris ſuis ſubdite ſint ſicut domino. quoniā vir caput eſt mu
lieris. ſicut xp̄us eſt caput eccleſie. ip̄e ſaluator corporis eius. ſ3
ſicut eccleſia ſubiecta eſt xp̄o. ita ⁊ mulieres viris ſuis in omni-
bus. Viri diligite vxores veſtras ſicut xp̄us dilexit eccleſiam ⁊
ſeipſum tradidit pro ea. vt illam ſanctificaret. mundans eam la
uacro aque in verbo vite. vt exhiberet ip̄e ſibi glorioſam eccleſiā
non habentem maculam. aut rugam aut aliquid huiuſmodi. ſ3
vt ſit ſctā ⁊ īmaculata. Jta ⁊ viri debēt diligē vxores ſuas vt cor
pora ſua. Qui ſuā vxorē diligit. ſeip̄m diligit. Nemo enī vnq̄
carnē ſuā odio habuit. ſ3 nutrit ⁊ fouet eā. ſicut ⁊ xp̄us eccl'iam
quia mēbra ſumus corporis eius de carne eius ⁊ de oſſibus eius.
Propter hoc relinquet homo patrē ⁊ matrē ſuam. ⁊ adherebit
vxori ſue. ⁊ erunt duo in carne vna. Sacramentū hoc magnū
